

1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE



neueren Teilen Leseübungen und aus einzelnen Formen bestehende Übungsstücke der eigentlichen Chrestomathie vorangeschickt sind.

3. Ein *Wörterbuch*, welches die in der Grammatik und im Übungsbuche vorkommenden Wörter erklärt.

4. Eine kurze Übersicht über die *Literatur*, welche, sorgfältig zusammengestellt, Anregung zu tiefer eindringender Arbeit gibt.

II. **Chrestomathieen und Glossare.** Wo das Bedürfnis vorliegt, bringt die Porta auch für sich abgeschlossene *Chrestomathieen* und umfangreichere *Wörterverzeichnisse.*

Bis jetzt weist die Porta folgende Bände auf:

Vergleichende Grammatik: Vergleichende Grammatik der semitischen Sprachen. Elemente der Laut- und Formenlehre von *H. Zimmern*. Mit einer Schrifttafel von *J. Euting*. (XVII.) 1898. M. 5.50, geb. M. 6.30.

Arabisch: Arabische Grammatik, Paradigmen, Literatur, Chrestomathie und Glossar von *A. Socin*. (IVa.) Fünfte Auflage bearbeitet von *C. Brockelmann*. 1904. M. 7.—, geb. M. 7.80.

☛ Schlüssel zum Übersetzen der in der Grammatik enthaltenen deutschen Übungsstücke. M. 1.50.

Arabic Grammar, Paradigms, Literature, Chrestomathy and Glossary by *A. Socin*. Second ed. (IVb.) 1895. M. 8.—.

☛ Key to the translation of the English Exercises in the Grammar of *A. Socin*. 1899. M. 1.50.

Arabische (Prosa-)Chrestomathie mit Glossar von *R. Brünnow*. (XVI.) [Zweite, neubearbeitete Auflage von *A. Fischer* erscheint im Herbst 1906.]

Delectus veterum carminum arabicorum, carmina selegit et edidit *Th. Noeldeke*, Glossarium confecit *A. Mueller*. (XIII.) 1890. M. 7.—, geb. M. 7.80.

Arabische Bibel-Chrestomathie, mit einem Glossar. (IX.) [Fehlt z. Z.]

Aethiopisch: Grammatica aethiopica cum Paradigm., Litteratura, Chrestomathia et Glossario scripsit *Franz Prätorius*. (VIIb.) 1886. M. 6.—, geb. M. 6.80. [Die deutsche Ausgabe fehlt z. Z.]

Hebräisch: Hebräische Grammatik mit Paradigmen, Literatur, Übungsstücken und Wörterverzeichnissen von *C. Steuernagel*. (I.) Zweite, vielfach verbesserte Auflage. 1905. M. 3.50, geb. M. 4.—.

Als Ergänzung hierzu:

Methodische Anleitung zum hebräischen Sprachunterricht (im Anschluß an des Verfassers Hebräische Grammatik) von *C. Steuernagel*. M. 1.—.

Samaritanisch: Grammatica samaritana, Litteratura, Chrestomathia cum Glossario edidit *J. H. Petermann*. (Vol. III.) M. 4.—, geb. M. 4.80.

PORTA
LINGUARUM ORIENTALIUM

INCHOAVIT

J. H. PETERMANN

CONTINUAVIT

HERM. L. STRACK.

ELEMENTA LINGUARUM

HEBRAICAE	ARABICAE
PHOENICIAE	AETHIOPICAE
BIBLICO-ARAMAICAE	ASSYRIACAE
TARGUMICAE	PERSICAE
SAMARITANAE	TURCICAE
SYRIACAE	AEGYPTIACAE.

STUDIIS ACADEMICIS ACCOMMODAVERUNT

J. H. PETERMANN, H. L. STRACK, E. NESTLE,
A. SOCIN, F. PRAETORIUS, AD. MERX, FR. DELITZSCH,
AD. ERMAN, R. GOSCHE, CHR. SEYBOLD, ALII.

PARS VII.

LINGUA AETHIOPICA

SCRIPSIT

F. PRAETORIUS.

CAROLSRUHAE ET LIPSIAE
H. REUTHER

LONDINII	NEW YORK	LUTETIAE PARISIORUM
WILLIAMS & NORGATE	B. WESTERMANN & Co.	MAISONNEUVE FRÈRES
14, HENRIETTA STREET,	838, BROADWAY.	& CH. LECLERC
COVENT GARDEN.		25, QUAI VOLTAIRE.

1886.

GRAMMATICA AETHIOPICA

CUM

PARADIGMATIBUS, LITERATURA,

CHRESTOMATHIA ET GLOSSARIO.

SCRIPSIT

DR. F. PRAETORIUS,

PROF. ORD. UNIVERSITATIS WRATISLAVIENSIS.



KARLSRUHE UND LEIPZIG

H. REUTHER

LONDON
WILLIAMS & NORGATE
14, HENRIETTA STREET,
COVENT GARDEN.

NEW YORK
B. WESTERMANN & Co.
838, BROADWAY.

PARIS
MAISONNEUVE FRERES
& CH. LECLERC
25, QUAI VOLTAIRE.

1886.





Praefatio.

Hic ad elementa Aethiopicae linguae pertinens liber, quoniam in eo neque inquisitiones quaestionum scientificarum neque plena materiae tractatio desiderari possunt, immo tironibus (quos tamen Hebraicam atque Arabicam nosse linguam praesumatur) eo earum disciplinarum grammaticam adumbrationem traditam volo, quarum indigeant ad primam institutionem, tantummodo utilitatem practicam neque se esse meram atque eam quidem tenuem epitomen Dillmannianae grammaticae sibi vindicare potest. Sectionibus singulisque formis quas initio praetermittere licet signum † praepositum est. — Veniam quatuor prima capita ex Dillmannii octateucho sumta imprimendi benevolentissime editor et bibliopola dederunt. In recipiendis parvae chrestomathiae quoque textibus tantum in animo me habuisse perspicuum tironibus tradere textum commemoratione vix indigeat. — Ceterum lectorem ignorare nolo autorem versionis Latinae fuisse Justum Waubcke Silesium, theol. et phil. studiosum.

Wratislaviae mense Maio 1886.

F. Praetorius.

Index.

Grammatica.

Paradigmata.

I. Pronomina.

II. Verbum.

GRAMMATICA.



Aethiopicae linguae (ልሳነ፡ግዕዝ vernaculo nomine ap- §1
pellatae) qua septentrionalis pars utebatur eorum populorum Semiticorum quos longe ante Christum natum ex Arabia immigrantes in Abessiniam regno condito Aramaicis* a fidei nuntiis verisimile est doctrinam accepisse Christianam, ex nongentis fere annis, recentioribus duabus quae ex Aethiopica ipsa prodierant lingua, dialectis** invalescentibus in desuetudinem venit usus popularis, remansit ecclesiasticus et literarius. Ex ea autem lingua, quae aliarum Abessiniae meridionalem partem possidentium nationum Semiticarum fuisse videtur, Aethiopico sermoni quamvis valde cognata,

---

* Unde multa quae ad cultum spectant verba Aramaica, e. c. ሃይማኖት, ኦሪት, መለኮት, ቍርባን.

** Lingua Tigrē et Tigriña. cfr. Vocabulary of the Tigré Language, written down by Moritz von Beurmann, published with a grammatical sketch by Dr. A. Merx. Halle 1868. — Deinde Munzinger et d'Abbadie in appendice lexici Aethiopici Dillmanniani. — Prätorius, Grammatik der Tigriñasprache. Halle 1872.

tamen prorsus non eadem, exorta est Amharica* his temporibus vel extra Abessiniae fines commercii sermonis locum tenens.

Omissis perpaucis inscriptionibus lingua Aethiopica multis manuscriptis tradita est; quorum cum nullum ad id quo viva lingua erat, tempus dolendum sit pertinere, scripta traditione plus minusve recentioribus dialectis infecta, imaginem eius paulum inquinatam accipere videmur, etiamsi nonnullae manifestae res novae ex recentioribus dialectis viva adhuc lingua fieri potuit ut surreperent. — Grammatica linguae Aethiopicae a viris domesticis doctis praecipue non est culta neque elaborata.

* cfr. Grammar of the Amharic Language by the Rev. Ch. W. Isenberg. London 1842. — Prätorius, Die amharische Sprache. Halle 1879. — Dictionary of the Amharic Language. By the Rev. Ch. W. Isenberg. London 1841. — Dictionnaire de la Langue Amariñña par Antoine d'Abbadie. Paris 1881.

I. De literarum figuris et potestate et de accentu.

(§ 2—14.)

Una cum lingua literae quoque a Semitis illis ex §2
Arabia immigrantibus in Abessiniam, iis literis quae in monumentis permultis exstant et Sabaeis et Himjariticis simillimae atque cognatae translatae sunt. Ambo scribendi genera ad eum literarum Semiticarum ramum pertinent, qui cum solis Arabibus meridionalibus et Abessiniis proprius videretur esse, Semiticus meridionalis appellatus est. At nuper etiam in septentrionali Arabia repertus est et Syria.

Literas illas principio consonantes a dextra sinistrorsum scribendas similes Hebraicis, Aramaicis, Arabicis Abessinii in syllabas a sinistra dextrorsum scribendas permutaverunt, quarum secundum traditum ordinem tabula haec est:

	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.
	cum *ă*	*ū*	*ī*	*ā*	*ē*	*ĕ* vel sine vocali	*ō*
H	ሀ	ሁ	ሂ	ሃ	ሄ	ህ	ሆ
	hă	*hū*	*hī*	*hā*	*hē*	*hĕ* vel *h*	*hō*
L	ለ	ሉ	ሊ	ላ	ሌ	ል	ሎ

	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.
	cum *ă*	*ū*	*ī*	*ā*	*ē*	*ĕ* vel sine vocali	*ō*
Ḥ	ሐ	ሑ	ሒ	ሓ	ሔ	ሕ	ሖ
M	መ	ሙ	ሚ	ማ	ሜ	ም	ሞ
Š	ሠ	ሡ	ሢ	ሣ	ሤ	ሥ	ሦ
R	ረ	ሩ	ሪ	ራ	ሬ	ር	ሮ
S (fortis)	ሰ	ሱ	ሲ	ሳ	ሴ	ስ	ሶ
Q	ቀ	ቁ	ቂ	ቃ	ቄ	ቅ	ቆ
B	በ	ቡ	ቢ	ባ	ቤ	ብ	ቦ
T	ተ	ቱ	ቲ	ታ	ቴ	ት	ቶ
Ḫ	ኀ	ኁ	ኂ	ኃ	ኄ	ኅ	ኆ
N	ነ	ኑ	ኒ	ና	ኔ	ን	ኖ
ʾ (Spir. len.)	አ	ኡ	ኢ	ኣ	ኤ	እ	ኦ
K	ከ	ኩ	ኪ	ካ	ኬ	ክ	ኮ
W	ወ	ዉ	ዊ	ዋ	ዌ	ው	ዎ
ʿ (Ain)	ዐ	ዑ	ዒ	ዓ	ዔ	ዕ	ዖ
Z (lenis)	ዘ	ዙ	ዚ	ዛ	ዜ	ዝ	ዞ
J (Germanice)	የ	ዩ	ዪ	ያ	ዬ	ይ	ዮ
D	ደ	ዱ	ዲ	ዳ	ዴ	ድ	ዶ
G	ገ	ጉ	ጊ	ጋ	ጌ	ግ	ጎ
Ṭ	ጠ	ጡ	ጢ	ጣ	ጤ	ጥ	ጦ
P̣	ጰ	ጱ	ጲ	ጳ	ጴ	ጵ ጵ	ጶ
Ṣ	ጸ	ጹ	ጺ	ጻ	ጼ	ጽ	ጾ
Ḍ	ፀ	ፁ	ፂ	ፃ	ፄ	ፅ	ፆ
F	ፈ	ፉ	ፊ	ፋ	ፌ	ፍ	ፎ
P	ፐ	ፑ	ፒ	ፓ	ፔ	ፕ	ፖ

Nomina illarum consonantium viginti sex passim parvis cum varietatibus tradita ordine haec fere sunt: ሆይ, ለው, ሐውት, ማይ, ሠውት, ርእስ, ሳት, ቃፍ, ቤት, ተው, ኀርም, ነሐስ, አልፍ, ካፍ, ዋዌ, ዐይን, ዘይ, የመን, ደንት, ገምል, ጠይት, ጰይት, ጸደይ, ፀጸ, አፍ, ፐሳ.

Omne verbum a sequenti duobus punctis ፡ separatur (in inscriptionibus magis originaliter linea |). Signa distinctionis sunt: ፡, ፣, ።, ፨. §3

De pronuntiatione consonantium, quam iam in tabula convenientibus linguae Latinae characteribus expressimus, haec insuper notanda sunt. Litera ሐ congruit cum Arabico ح, ኀ cum Arabico خ. Cum autem in lingua Amharica ሐ et ኀ pariter ut *h* proferantur, identidem in manuscriptis et inter se commutantur et cum litera ሀ (= ה ﻫ). Nec minus litera ዐ (= ע ع) originali potestate amissa uti አ (= א) sonat, ut in manuscriptis hic quoque multae inveniantur confusiones. §4

ሠ initio ut ش pronuntiatum, quocum etymologice quoque congruit, postea ut ሰ (= س) sonavit, ut iterum in manuscriptis exstent permutationes. Praeter literam س convenit ሰ etymologice cum litera ث e. g. in verbis ወሰበ = وَثَبَ, መሰለ = مَثَلَ. — ዘ etymologice Arabicis literis ذ (ut in verbis ዘነበ = ذَنَبٌ, መዘራዕት = ذِرَاعٌ) et ز (e. c. ሐዘነ = حزن) respondet atque obtinet valorem huius. — ጸ *ts* valet (Germanorum *z*) et cum peculiari quodam strepitu in ore, qui hic non amplius §5

describi potest, profertur, qui strepitus ad literas ቀ, ጠ, ጰ quoque accedit. Ex etymologia ጸ congruit cum Arabico ض (cfr. አጽብዕት = اصبع) et Arabico ظ ut ጸዐነ = ظعن).

ፀ secundum etymologiam est Arabum ض ut ፀሐይ = ضحى; at sine sono illo Arabibus in proferenda litera ض peculiari ut *ts* pronuntiata tantummodo ea re a literae ጸ valore discernitur, quod strepitu huic adiuncto caret. Nihilosecius ambo in manuscriptis haud raro commutantur.

§6 Literam *P* denotantes literae ጰ et ፐ nisi in alienis et etymologice incertis quibusdam verbis et radicibus non inveniuntur. ፐ caret strepitu illo, qui est apud literam ጰ.

ቀ = ق, ጠ = ط. ገ non ut Italorum *g* in *giardino* aut Arabum ج sed uti Germanicum *g* sonat.

§7 Satis autem difficilis et multipliciter impedita linguae Aethiopicae formarum fit cognitio absentia signi alicuius literarum geminationem indicantis.

Omnis enim consonans geminata nulla vocali interposita separata in lingua Aethiopica semel scribenda est, ut ከደነ *kadánna* operuimus ex voce *kadan* + *na*. ጸወነ refugium nostrum pronuntietur necesse est *tsawanêna,* non *tsawanna.* At cfr. § 13.

§8 Tabula syllabarum Aethiopicarum consonantes cum septem eas sequentibus affert coniunctas voca-

libus, quarum duae (prima et sexta) breves, reliquae quinque longae sunt. Notandum autem est vocalem brevem *ă* negative absente omni propria designatione expressam esse, prima syllabarum serie originales modo puras continente consonantium figuras.

Prima vocalis *ă* etymologice quoque convenit cum arabica *ă* (et ut haec saepe impure pronuntiatur vocali *ae* similiter) cfr. **ቀተለ** = قَتَلَ, **ነፍስ** = نَفْسٌ, cum in alteram vocalem brevem *ĕ* Arabum *ĭ* et *ŭ* confluant, e. c. **ለበሰ** = لَبِسَ, **መላበስ** = مَلَابِسُ; **ጽፍር** = ظُفْرٌ, **እዝን** = أُذُنٌ, **ቀትል** = اُقْتُلْ.

Nonnumquam *ĕ* Aethiopicum ex vocali *ă* videtur ortum cfr. **እልፍ** = أَلْفٌ.

Quod vero sexto tabulae Syllabarum ordine non **§ 9**
modo consonantes cum sequenti vocali *ĕ*, sed etiam consonantes vocali carentes exprimuntur (ut hebraico Schwa), iterum magnus Aethiopicae scripturae defectus est. Saepissime enim e. c. in verbis **ይቀትል** *jĕqtĕl*, **ትግበርት** *tĕgbĕrt*, ubi *ĕ* pronuntiandum sit, ubi non, formarum docere potest tantum cognitio.

Quinti et septimi ordinis vocales *ē* (quae nunc **§ 10**
saepe *jē* sonat) et *ō* ex antiquis diphthongis prodierunt. cfr. **ክልኤሆሙ** = كِلَيْهِمَا, **ቤት** = بَيْتٌ; **ዮም** = يَوْمٌ, **ሞሠር** = *مَوْشَرٌ. Coniugationes (stirpes derivatae a radice) *Paĭʿal* et *Paŭʿal* in lingua Aethiopica sonant *Pēʿal* et *Pōʿal*.

Etiamsi autem Aethiopicus sermo veros habet

diphthongos *ai au* (notatos signis *ă*ይ, *ă*ው), ut **አይብስ** = أَيْبَس, **አው** = أَوْ, **አውለደ** = أَوْلَدَ, tamen formas *ai* et *au* diphthongos continentes necesse non est antiquiores esse quam quae *ē* et *ō* habent, quia propter studium radicalium trium quam potest constanter exprimendarum (quod in nulla alia lingua tam vehemens cernitur quam in Aethiopica) saepe postea ibi diphthongos *ai* et *au* in linguam inductos est verisimile, ubi antea *ē* et *ō* fuerant. — Non ut diphthongi *ēi* *ēu*, nec ut syllaba clausa *ĕj*, *ĕw*, sed separate *ĕ-ĭ*, *ĕ-ŭ* pronuntiandae sunt literarum compositiones *ĕ*ይ, *ĕ*ው, ut: **ተውሊድ** *tĕ-ŭlēd*, **ህለው** *hĕlē-ŭ*.

§11 Post literas **ቀ**, **ኀ**, **ከ**, **ገ** pronuntiatio originalis literae *ŭ* longius conservatur* vocali *ŭĕ*, quae hoc modo designatur: **ቍ**, **ኍ**, **ኵ**, **ጕ**, e. c. **ኵል** omnis = كُلّ, **ኵሊት** ren = كُلْيَة, **ቍስል** vulnus, **ጕርዒ** guttur, alia.

Forsitan *ō* post literas **ቀ**, **ኀ**, **ከ**, **ገ** data conditione pariter in *ŭă* contrahi potuerit, cuius vocalis scriptio est **ቈ**, **ኈ**, **ኰ**, **ጐ**. In transcribendis verbis alienis Aethiopicae vocales *ŭĕ*, *ŭă* post literas **ቀ**, **ኀ**, **ከ**, **ገ** alienae *ŭ* respondent vel *ŏ*, ut in his: **ቍርባን** = ܩܘܪܒܢ, **ቈስጠንጢኖስ** Konstantinos.

Cum primum vocalis *ŭ* conservata (in vocalibus *ŭĕ*, *ŭă*) et literis **ቀ**, **ኀ**, **ከ**, **ገ** firmiter affixa a certo

---

* cfr. קֳדָשִׁים, חֳדָשִׁים opposita aliis formis ut בְּקָרִים, alia.

quodam verbo, etsi amplius non inveniri potest, in totam radicem intravit, factae sunt, prout formae derivatae exigunt, vocalium compositiones *ŭī, ŭā, ŭē* quae quomodo scribantur, sequens tabula ostendet; e. g. **በቍዖ** cum prodest, **በቋዒ** utilis a radice **በቍዐ**, cum a verbo **ጕብረ** eaedem formae sonent **ጕቢር** vel **ጕብሬ**; **ይኴንን** iudicabit a verbo **ኰነነ**, at **ይፌጽም** a rad. **ፈጸመ**.

Ceterum animadvertendum est *ŭĕ* loco vocalis absentis esse velut videre licet in his: **አኵስሐ** *ăkŭĕsĕḥă* comparatum cum **አብርሀ** *ăbrĕhă*, **አጕናድ** *ăgŭĕnād* comparatum cum **አድባር** *ădbār*. Numquam vero aut *ŭū* invenitur aut *ŭō*, quorum loco semper *ū* est vel *ō*, ut in sequentibus liquet: **ርኩስ** sordidus a verbo **ረኵሰ** ut **ግቡር** a **ጕብረ**; **ለሐኮሙ** creavit illos a verbo **ለሐኰ** ut **ቀተሎሙ** a **ቀተለ**.

Interdum etiam ex vocali *ū* brevis fit literis **ቀ**, **ኀ**, **ከ**, **ገ** firmiter inhaerens et in alias formas penetrans *ŭ* (*w*) cfr. §. 30. 31. 131.

Tabula syllabarum inhaerentem vocalem *ŭ* continentium:

ቈ	ቊ	ቋ	ቌ	ቍ
qŭă	*qŭī*	*qŭā*	*qŭē*	*qŭĕ*
ኈ	ኊ	ኋ	ኌ	ኍ
ḫŭă	*ḫŭī*	*ḫŭā*	*ḫŭē*	*ḫŭĕ*

ኰ	ኲ	ኳ	ኴ	ኵ
kŭă	*kŭī*	*kŭā*	*kŭē*	*kŭĕ*
ጐ	ጒ	ጓ	ጔ	ጕ
gŭă	*gŭī*	*gŭā*	*gŭē*	*gŭĕ*

§ 12 Quoniam peculiares notae tonorum non exstant, Aethiopicae linguae accentus tantummodo ex huius aetatis tradita pronuntiatione doctorum domesticorum cerni potest, qua accentum cum tribus ultimis verbi syllabis adhaerere, tum raro quantitatis illarum ratione habita magna cum libertate docemur variasse. Antepenultimam verbi causa tum modo ex regula quadam accentu instrui licet (re autem vera ne tum quidem, nisi paucis quibusdam occasionibus instruitur), si duae breves sequuntur syllabae apertae, quarum prior vocalem *ĕ* (breviorem quam *ă*) habeat. Contra cum verbi causa pronomen demonstrativum ዝኩ in ultima *zĕkū́* tonum habeat, imperativus ተሉ sequere caeteris paribus penultimam attollit: *tĕ́lū;* nec non conferre iuvabit ደመና *dămănā́* nubes, at ቀተላ *qătắlā* eae interfecerunt; ተዝካር *tăzkā́r* memoria, contra ይሥራዕ *jĕ́šrāʿ* ordinet, alia.

Itaque de accentus positione in Aethiopica ut in Graeca lingua magna parte in etymologia disserendum est. Iam hic praecipue quanta constantia, quae est paene sine exceptione, penultima verbi (in perfecto, imperfecti et indicativo et subjunctivo, in imperativo)

nunc saltem* accentum retineat, sufficit commemorare, cum nominis accentum non uno aut fere uno solo loco inhaerere, immo a syllabis longis attrahi facile liceat videre. Cum in fine vocis sunt, *ĕ*ይ et *ĕ*ው (cfr. § 10) quod ad accentum attinet duae aestimantur syllabae.

Est porro in Aethiopico sermone maximus numerus vocularum et procliticarum et encliticarum. Procliticae e. c. praepositiones በ, ለ, እም aeque ac ቦ habet, est, pronomina ዝ, ዘ, conjunctio ወ, negatio ኢ; encliticae sunt v. c. conjunctiones ሂ, ኒ, ሰ, ኬ, adverbia interrogativa ሁ, ኑ. Nonnullae ut ዝ et ዘ (cfr. § 28. 32) praeter solitam procliticam enclitica quoque positione uti possunt, nec minus e. g. ቦ ut እስመቦ፡በዐዲ est enim insuper alterum. Si voculis sive encliticis sive procliticis affixis duae conveniunt consonantes similes, scriptione altera modo exhibetur ut እምሥራቅ pro እም፡ምሥራቅ ex Oriente, vel altera assimilatur ut እንዴጌ ex እንዴግ+ኬ (cfr. § 57) relinquam ergo, sed etiam ጠይቅኬ cognosce ergo; contra ዳኅንኑ *dāḫennú* estne sanus?, ዳኅናንኑ suntne sani?, ካልኣንኒ alii autem, ነፍስሰ anima autem. § 13

Quia vero duas vel plures ante unum accumulari verbum procliticas voculas e consuetudine sermonis Aethiopici non erat, in singularem vocem compositae

---

* Scilicet sine dubio tales formae ut *lăbsă*, *lăbsăt* (§ 56) proprie in antepenultima tonum habuerunt.

sunt, ut scriberetur velut in his: በዝ ፡ ሥጋከ in hac tua carne, non በዝሥጋከ, በዘ ፡ ትክል quo potes, non በዘትክል. Nihilominus in manuscriptis haec regula minime observatur severe. Procliticae cum encliticis coniunctae voculae sunt e. g. ወዘሰ ፡ አውሰበ et qui vero in matrimonium duxit.

§ 14. Aethiopum notae numerorum, cum peculiares scriptioni Semiticae meridionali propriae non amplius usurpatae essent, ex literis Graecis (ut in scriptis Coptico-arabicis) prodierunt et supra et infra lineolis aequis circumscribuntur. Numerorum notae haec sunt: *1* ፩, *2* ፪, *3* ፫, *4* ፬, *5* ፭, *6* ፮, *7* ፯, *8* ፰, *9* ፱, *10* ፲, *11* ፲ወ፩ vel ፲፩, *12* ፲ወ፪ vel ፲፪ etc., *20* ፳, *23* ፳፫, *30* ፴, *40* ፵, *45* ፵ወ፭, *50* ፶, *60* ፷, *70* ፸, *80* ፹, *90* ፺, *100* ፻, *112* ፻፲ወ፪, *200* ፪፻, *1000* ፲፻, *10000* ፼. Inter numerum et subsequentem vocem puncta dirimentia (፡) locum habere non solent,* velut ፮አውራኅ sex menses, etiam ፴አው ፡ ፵ምዕራፍ triginta vel quadraginta sectiones. Plerumque manuscripta hac in re signum dirimens omnino omittunt.

---

* In libro qui inscribitur: Chronique de Jean, évêque de Nikiou, a Zotenberg edito nec non in libro Ezrae a Laurence edito signum verba dirimens semper adhibitum est.

II. Nonnullae quae ad vocales et semivocales pertineant, regulae et canones.

(§ 15—20.)

Longae vocales breves fiunt, ut primum syllabam clausam intrant. §15 Quae cum postea amplius non observaretur lex multas in praesenti linguae statu exceptiones exhibet, (ut pronomina እሙንቱ, እማንቱ, እንታክቲ). At multas quae nunc sunt clausae, antea apertas fuisse syllabas est retinendum.* Imprimis illius canonis vis tum apparet, cum nominibus quae habeant longas in syllaba ultima vocales, terminatio feminina ት firmiter annexa suffigitur, ut et plurima nomina ad formam ቀቱል facta femininum fingant ad formam ቀትልት *qĕtĕlt*; e. g. ርኩስ sordidus (pro *rĕkŭūs*) fem. ርኵስት; እኩይ malus fem. እኪት pro እኪይት; et nomina aliarum formarum e. g. ልሂቅ vetus, እግዚእ dominus, fem. ልህቅት et እግዝእት (quamquam reperitur እግዚእት); ሠላስ tres format ሠለስቱ. Nec minus regula illa in formatione antiquiore valet verbi causativi mediae radicalis *w* (cfr. § 96) ut in አቀምከ fecisti ut staret ex አቃምከ, ያቅም faciat ut stet ex ያቂም (quae forma iam initio syllaba clausa exit).

---

* In Arabica quoque et Hebraica lingua eadem lex fuit, postea autem neglecta est.

§16 Vicina gutturalis ad vocales nonnullas, praecipue ad vocalem *ă* momentum multiplex facit:

1) Si in eadem syllaba vocalem *ă* sequitur gutturalis, brevis vocalis *ă* producitur in *ā*. Exsistit ergo e. c. ex መእከለ in medio, ተፈሥሕኩ gavisus sum, ተፈሥሕ gaude! etc. ማእከለ, ተፈሣሕኩ, ተፈሣሕ. Nonnulla autem manuscripta originalem vocalis brevitatem,* praecipue praecedenti eadem gutturali afferunt ut in his ገሀሀ et ገሃሀ luna plena, ተመዐዕኩ et ተመዓዕኩ succensui, ይሠዐዕ desquamat se. Brevis vocalis retinetur in causativo et in formis pluralis fracti litera አ incipientibus radicum prim. gutt.; e. c. አሕሠመ male tractavit, አሕዛብ populi, አዕጹቅ rami, ubi numquam paene ኣ" scribitur** (ut alias quoque አ pro ኣ vocem incipienti invenitur cfr. § 62). — Saepissime etiam

---

* Attamen cum imprimis ይባእ, ባእ (§ 99) vix prorsum ex analogia verborum ይበእ, ይማእ; በእ, ማእ formari potuisset, si productio illa quae postea tantum possibilis erat, in hisce verbis exstaret, illa vocalium commutatio saltem ex parte antiquissima esse videtur. Nomina porro formarum *qĕtăl* et *qĕtāl*, *qătăl* et *qătāl* a radicibus ult. gutt. derivatarum iam fere omnia in formam *qĕtāl* sive *qătāl* transierunt, quoniam pauca admodum exempla nota sunt, in quibus cessante causa cesset productio ut ብልዐ cibus (ex § 16, 2 pro ብለዐ) et ብላዐ, stat. constr. verbi ብላዕ. Contra cfr. § 106 not.

** Formae litera ኣ incipientes in Ludolfi Psalterio (ut ኣኅደርከኒ 4, 10; ኣእምሮ 52 in inscriptione; ኣሕመምከነ 90, 17) repugnantes annotationi eius Gramm. lib. I cap. 9, can. IV, 4 saepe reperiuntur.

sequens gutturalem vocalis ă in manuscriptis longa exhibetur ut ሥርዓት praeter ሥርዐት ordo, ስብሓት praeter ስብሐት praedicatio.

† Nota. Mirum est nonnullas voces pro vocali ā ut quae exspectanda esset, brevem ĕ ex originali ă protulisse: ንሕነ in dialecto quadam ናሕነ) nos = نَحْنُ, נַחְנוּ, ርእስ caput = رأس, ምእመን praeter ማእመን pro originali መእመን fidelis; forsan ውእደ praeter ወእደ (numquam autem ቀእደ apud, ubi). Quibus verbis si, ut videtur, gutturalem vocali carentem in media voce intellegere liceat iam antiquis temporibus brevem vocalem ĕ auxiliarem post se accipere potuisse,* illae formae ex No. 2 huius paragraphi explicantur.

2) Vocalis ă sequenti gutturali ab alia vocali atque ă sive ā separata (primum opinor assimilatione in ĭ, ŭ, tum) in ĕ transit, quo fit ex ነሠኡ sustulerunt ነሥኡ, ex ለሂቀ vetus ልሂቀ, ex ደኅነ integer fuit ድኅነ, ex ይደኅን imperfecto ይድኅን etc. Rarissime formae originales exstant e. g. ታስተሬኢ Joel 2, 11, lectio varia pro ታስተርኢ. Vel gutturali geminata regula illa valet, ut raro inveniantur eae formae quales sunt: ይመሀር doceat, መሀር doce! pro ይምሀር, ምሀር. Eximendae autem sunt et voculae procliticae, ut non ልሕዝብ pro populo sed ለሕዝብ dicatur, et praefixa causativa ac reflexiva ut አዔለ errare fecit, አዑር fac caecum!, ተእኅዘ correptus est; cfr. praeterea § 99 sub voce አምዐዐ. In

* Itaque nunc ሰማዕኩ *sămá̆ʿĕkū* audivi, ራሕብ *rá̆ḥĕb* amplitudo, alia pronuntiantur. — Ex eadem ratione post gutturalem brevis vocalis ĕ originalis longius quam alias servatur, cfr. § 89.

radicibus ult. gutt. vocalis *ă* (haud scio an ex analogia secundaria?) etiam ante vocales *ă*, *ā* in *ĕ* vertitur, qua de causa non **ነሠአ, ነሠእት, ነሠኣ** sed semper **ነሥአ, ነሥእት, ነሥኣ** effertur aeque ac **አርብዓ** quadraginta pro **አርበዓ**, alia.

Quae proprietas prorsus opposita est sequenti canoni.

3) Etenim si vocalis *ĕ* in radicibus prim. et med. gutt. sequenti gutturali separatur a vocali *ă*, facile fit ut huic assimiletur veluti **ክዐው** funde!, **የሐውር** ibit pro **ከዐው**, **ይሐውር**. At manuscriptis etiam illae crebro traduntur formae.

† Denique formae quaedam notandae sunt latius serpente pronuntiatione gutturalium leniore effectae. En exempla **አሣእን, ሰባዕቱ, እማእከ** praeter **አሥኣን** calcei, **ሰብዐቱ** septem, **እመ፡ አከ** nisi.

§ 17 Cum duas in eadem voce vicinas syllabas vocalem *ī* habere a consuetudine sermonis abhorreat, vocalis prioris syllabae satis constanter quibusdam occasionibus in *ĕ* commutatur. Ita res se habet in annectendis tum suffixo **ኒ** pronominali ad verborum formas in vocalem femininam *ī* cadentes verbi gratia **ቀተልከኒ** tu (fem.) me occidisti* pro **ቀተልኪኒ**, **ሁበኒ** dona (fem.) mihi!

---

* Sed dicitur etiam **ቀተልክነ** interfecisti nos pro **ቀተልኪነ** (§ 83). Utrum hoc forte ad analogiam formae **ቀተልከኒ** factum sit, an ambae formae profectae sint a contractione illa, per dissimilationem non producta, quae in lingua Arabica in 3. pers. fem. sing. perf. viget (cfr. قَتَلَتْنِي, قَتَلَتْنَا)?

pro ሀበኒ, tum suffixo ኪ ad terminationem pluralem ī (§ 129) e. c. መዛርዕኪ tua (fem.) brachia pro መዛርዒኪ. Contra non commutatur e. g. ይእቲኒ ea autem, ርኢኪ tu (fem.) vidisti et quae sunt alia.

§18 Talis porro dissimilatio, ut hoc verbo utar, aestimandum est id, quod in locum syllabarum *ūw, uū, īj, jī* facile syllabae *ĕw, wĕ, ĕj, jĕ* substituuntur. Itaque nomina formae ቀቱል a radicibus ult. et med. *w* derivatae ዘርው, ምውት (*zĕrĕŭ, mĕwĕt*) solito sonant pro ዘሩው, ምዉት; deinde pro ይትቀተሉ sequentur et similibus saepe scriptum videmus ይትቀተልው; tum infinitivi statum designantes sive gerundia radicum ult. et med. *j* illam dissimilationem admittunt ut ሰትዮ cum bibit, ሠይሞ eo ponente pro ሰቲዮ, ሠዪሞ, porro ቀይሕ ruber praeter ቀዪሕ, ነቢያት prophetae praeter ነቢይት, ለልየ ego ipse, ፈጣርየ creator meus praeter ለሊየ, ፈጣሪየ etc.

§19 Voci in literam *ū* vel *ī* desinenti, litera *w* aut *j* interposita, incipiens vocali vel terminatio vel suffixum affigitur, ut haec ostendent: መንፈሳዊያት = መንፈሳዊ spiritualis affixa terminatione plurali *āt*, ቀተልኪያ = ቀተልኪ tu (fem.) occidisti annexo suffixo 3. pers. fem. sing. *ā*, ገበርክሙዎ = ገበርክሙ fecistis cum suffixo 3. pers. masc. sing. *ō*. Tamen hic quoque dissimilationi illi supra memoratae copia dari solet, ut dicatur መንፈሳውያት, ቀተልክያ, ገበርክምዎ.

§ 20 Quod vero nonnumquam, ubi (ex analogia radicum firmarum) in radicibus literas *w* et *j* continentibus syllabas *ĕw*, *ĕj* exspectaveris, vocales *ū* vel *ī* inveniuntur, id esse semper secundarium, ex priore profectum accipi non potest. Sic in imperf. et imperat. verborum ult. *w* et *j* terminatio *ū* sive *ī* est ut in his: ይተሉ sequetur, subj. ይትሉ, አትሉ fac sequi!, ይሬኢ videbit; contra in nominibus *ew* et *ej* retinentur e. g. መተልው sequens, መፍትው iucundus, መኃትው lucernae, ላሕይ pulcher, መሠርይ incantator. Sin autem ad verborum exitus *ew*, *ej* consonans additur, vocales *ū* sive *ī* admittuntur, ut መሰንቆ cithara duos plurales formet መሰናቅው et መሰናቍት; item እኪት, ሀሉት, ዘሩት, alia pro እኪይት, ሀልውት, ዘርውት (fem. verborum እኩይ, ሀሉው vel ሀልው, ዘሩው vel ዘርው); rarius, plerumque post gutturales, inveniuntur formae ut ውርዘውት praeter ውርዙት adulta, ሉሕውት praeter ሉሑት lugens (fem.), ላሕይት pulchra. — Etiam variantes formae exstant e. c. ምዉታን (ምውታን) mortui et ሙታን, plur. verbi ምዉት (ምውት), itemque ድዉያን (ድውያን) et ዱያን aegroti, plur. vocis ድዉይ (ድውይ), ትውልድ et ቱልድ generatio, alia.

† Radices ult. *w* formas nominum cum vocali *ā* ante ultimam radicalem dupliciter effingunt, scil. ad verba firma ut ሕያው vivus, ንቃው vox animalium, ምክዓው locus effusionis, et modo quodam infirmo, quemadmodum in Arabica est (cfr. بِنَآءٌ, اسْتِدْآءٌ etc.)

ut ፍና via, በዳ desertum, ተስፋ spes. Simili modo radices ult. *w* et ult. *j* in nominibus femininis tum firmas formas praebent ut ፍትወት desiderium, እትወት reditus, ርቅየት incantatio, ምሴየት vesper, ንዴየት paupertas, tum infirmas ut ፍቱት, እቱት (cfr. حيوة, منوة alia), ርቄት, ምሴት, ንዴት. Hic quoque formae firmae, cum infirmae antiquiores sint, ut postea ad radicum firmarum formas correspondentes effectae sint, fieri potuisse videtur.

III. De pronominibus. (§ 21—38.)

1. De pronomine personali. §21

Singularis:			Pluralis:		
1. Pers.	አነ	(*ănă*)	1. Pers.	ንሕነ	(*nĕḥnă*)
2. Pers. m.	አንተ	(*ăntă*)	2. Pers. m.	አንትሙ	(*ăntĕmmū*)
2. Pers. f.	አንቲ	(*ăntī*)	2. Pers. f.	አንትን	(*ăntĕn*)
3. Pers. m.	ውእቱ	(*wĕʾĕtū*)	3. Pers. m.	እሙንቱ, ውእቶሙ	(*ĕmūntū, wĕʾĕtōmū*)
3. Pers. f.	ይእቲ	(*jĕʾĕtī*)	3. Pers. f.	እማንቱ, ውእቶን	(*ĕmāntū, wĕʾĕtōn*).

Pro አነሰ ego autem forma contracta አንሰ in usu est. Ad vocem ንሕነ cfr. § 16, 1 not. Literae ቱ, ቲ, ን verborum ውእቱ, ይእቲ, እሙንቱ, እማንቱ temporibus seu antiquis seu recentibus affixae sunt. ውእ = (omissa litera *h*) הוּא, ይእ = הִיא, እሙ = هُمْ, እማ (cum secundario *m* pro *n* secundum formam mascul.) = هُنَّ.

Formae plurales ውእቶሙ et ውእቶን a singulari ውእቱ profectae sunt. — Pronomina 3 pers. pro demonstrativis quoque usurpantur e. g. በውእቶሙ ፡ መዋዕል vel በእማንቱ ፡ መ" his diebus, ህየንተ ፡ ውእቱ propter hoc; ውእቱ et ይእቲ ut demonstrativa proprium accusativum accipiunt ውእተ vel ይእተ (*wĕ'ĕtă, jĕ'ĕtă*), e. g. ይእተ ፡ አሚረ hoc die. Notandum est ea pro copula in enuntiatione nominali usurpari, cfr. § 171.

§22 Pro pronominibus supra dictis, cum neque a nomine neque a verbo neque a praepositione regi debeant,* illis occasionibus suffixa adhibentur, quorum formae comparate primariae haec sunt:

Singularis:		Pluralis:	
1. Pers.	የ, in verbo ኒ.	1. Pers.	ነ.
2. Pers. m.	ከ.	2. Pers. m.	ክሙ.
2. Pers. f.	ኪ.	2. Pers. f.	ክን.
3. Pers. m.	ሁ.	3. Pers. m.	ሆሙ.**
3. Pers. f.	ሃ.	3. Pers. f.	ሆን.**

De suffixis ad verba, nomina, praepositiones adiungendis cfr. § 80 ss., 126 ss. 147, 151. De suffixo የ cfr. arabicum عَصَاىَ baculus meus a verbo عَصَا.

* Raro pro appositione suffixo adduntur ut ብየ ፡ ኪየ in memet.

** Pro ሆሙ, ሆን ex proportione pronominum هُمْ, هُنَّ, እሙ (ንቱ) exspectari potuerunt ሁሙ, ሁን. Forsitan vocalis *ō* vi formarum synonymarum litera *h* carentium: *ōmu*, *ōn* orta sit, si modo vocalis *ō* harum ex terminatione *ă* et verbi et accusativi cum primario *ŭ* eorum suffixorum concurrente exstitit.

Quibus suffixis ad voculam ለሊ adiunctis pronomen personale acuto cum accentu elatum et tantum pro subiecto usurpatum exsistit ut: ለሊከ ፡ ቀተልኮ tute ipse eum occidisti, ለሊየ (sive ለሊየ) ፡ ርኢክዎ egomet ipse eum vidi. Coniunguntur quoque velut አነ ፡ ለሊየ, አንተ ፡ ለሊከ etc. §23

Quibus suffixis ad voculam ኪያ adiunctis pronomen personale itidem acute elatum et modo pro obiecto directo usurpatum oritur velut: ኪያሁ ፡ ቀተልከ eum interfecisti. Et coniungitur cum simplici suffixo verbi e. g. ኪያከ ፡ ተሣሀለከ ፡ አምላክ tibimet deus ignovit. — Raro non pro directo obiecto usurpatur e. c. አልበሶ ፡ አልባሲሁ ፡ ኪያሁ Chrest. 29, 25 vestivit eum suis ipsius vestibus. §24

2. De pronomine possessivo.

Suffixis illis ad formas ዚአ, fem. እንቲአ, plur. እሊአ quarum priore parte pronomen relativo-demonstrativum continetur, annexis pronomen possessivum separatum efficitur: ዚአየ meus, ዚአከ tuus etc. እንቲአሁ sua, እንቲአክሙ vestra, እሊአኪ tui (fem.) እሊአነ nostri, quod substantivum aut antecedit quasi adiectivum aut sequitur. Quodsi sequitur, ut plerumque fit, mirum est substantivum in statu constructo esse, si modo proxime sequitur, verbi causa: ላዕለ ፡ ዕበዩ ፡ ዚአሁ contra magnitudinem eius, vel una cum suffixo possessivo §25

ኢኮነ : ዚአየ : ወልድየ non meus erat filius. Ex consuetudine loquendi (§ 33) relativum illis formis iterum praeponi licet e. g. ኵሉ : ዘትሬኢ : ዘዚአየ : ውእቱ omnia quae vides mea sunt, ታድኅነኒ : እምዘዚአየ : ገፋዒ ut serves me ab oppressore meo.

§26 Etsi autem haec pronominum duplicatio distributiva putari potest: ዘዚአሁ suus cuiusque, tamen, si hoc sit, maioris perspicuitatis causa plurimum denuo repetito relativo ዘዘዚአሁ (ዘዘ : ዚአሁ) dicitur. Sic in his: ውስተ : አሕስሊነ : ዘዘ : ዚአነ in nostris cuiusque saccis, ወአኀዙ : ይንብቡ : ዘዘዚአሆሙ : በነገረ : ኵሉ : በሓውርት Act. apost. 2, 4 et coeperunt loqui, unusquisque eorum in lingua omnium terrarum. Saepe princeps significatio permutatur in sententiam varii, proprii, ab invicem, alii ab alio velut ዘዘዚአሁ : ራእዮሙ Phys. 28, 19 species eorum varia est, ወዘዘ : ዚአሁ (lect. var. ዘዘዚአሁ) : ጣዕሞሙ : ለኵሉ Apc. Esr. 4, 48 et sapor uniuscuiusque varius est, ኢይትፈለጡ : ዘዘዚአሆሙ non seiunguntur alii ab aliis.

3. De pronomine reflexivo.

§27 Suffixis ad ርእስ caput (rarius Arabico modo ad ነፍስ) annexis pronomen personale fere solo pro reflexivo adhibitum fit uti: ቀተለ : ርእሶ (in hac coniunctione frequenter ነፍሶ) se ipse interfecit, ፈጸመ : ሕንጻ : ቤተ : ርእሱ confecit aedificationem suae ipsius domus,

ለሊከ ፡ ፈጠርኮሙ ፡ ለርእስከ tu ipse eos tibi creasti. Si directe ab ipso verbo pendet, hoc pronomen reflexivum pro simplici suffixo necesse est capi. — Specimen usus rarissimi non reflexivi hoc est: ቤዘወነ ፡ ርእሱ Phys. 39, 8 ipse salvavit nos.

4. De pronomine demonstrativo.

a) Sing. ዝ, acc. ዘ hic, fem. ዛ, ዛቲ (*zātī*) haec, acc. ዛተ (*zāta*). §28
Plur. እሉ (*ĕllū*) fem. እላ (*ĕllā*).

Ut in lingua Hebraica, זֹאת et זֹה (in lingua Aramaica, quanta est in sacra scriptura, דָּא), ita hic quoque duplices formae femininae sunt. Ad voces እሉ, እላ (geminata litera *l*) cfr. אֵלֶּה, أُولَى. Vocis exitus *ū* et *ā* recentibus temporibus factus videtur. Loco illo Herm. 91ª, 6: እሉ ፡ ደናግል hae virgines pronomen masculinum እሉ pro feminino positum est. ዝ, ዛ, ዘ affiguntur tum proclitice, quod plerumque fit, substantivo e. g. ዝሕዝብ hic populus tum enclitice voci proxime antecedenti e. g. ውስተዝ ፡ ዓለም in hoc mundo. Pro substantivis sunt in his: ሕይወትዝ vita huius, ገበርከዝ fecisti hoc. Praeterea pronomen ዝ neutrice et substantivice additur multis praepositionibus ad adverbia efficienda. Hinc dicitur ከመዝ sic, በእንተዝ propterea, እምዝ deinde, እምድኅረዝ (vel እምድኅረ ፡ ዝንቱ) postea, alia.

§ 29 b) Sing. ዝንቲ, acc. ዝንት hic, fem. —
Plur. እሎንቲ, acc. እሎንት, fem. እላንቲ, accus. እላንት;
(„ raro እሉንቲ, acc. እሉንት) እሎን.

Hae formae ab antecedentibus primum affixa litera *n* (cfr. pronomina Aramaica biblica דְּנָה, אִלֵּין), internoscuntur, cui postea plerumque litera ቲ, (hic semper accentu elata), in accusativo ት (non acuta) subiungitur (cfr. እሙንቲ, እማንቲ § 21). Vocalis *ō* pronominum እሎንቲ, እሎንት, እሎን ex vocali *ō* suffixorum 3. pers. plur. nata esse videtur. His quoque pronominibus adverbia effinguntur ut ብእንት ፡ ዝንቲ propter id.

§ 30 c) Sing. ዝኹ (*zĕkŭ*), acc. ዝኰ (*zêkua*) ille, fem. እንትኹ (*ĕntĕkŭ*)
Plur. comm. እልኹ (*ellekŭ*)

His vocibus litera *k* pro *n* adiecta est (cfr. Aramaica דָּךְ, דִּךְ, אִלֵּךְ; ذاك). Singularis est forma demonstrativi feminini እንቲ, mirumque non dici እንትኪ. Haud frequenter masculinum ዝኹ refertur ad feminina. Accusativus masculinus ዝኰ sonat, non ut exspectandum erat ዝካ, cum ex vocali *ū* nominativi brevis *ŭ* literae *k* inhaerens eductum sit.

§ 31 d) Sing. ዝኽቲ sive ዝዀቲ, acc. ዝኽት sive ዝዀት ille;
fem. እንታኽቲ.
Plur. comm. እልኽቲ (*ellektŭ*) sive እልዀቲ, acc. እልኽት sive እልዀት.

Quae pronomina praeter literam *k* proferunt affixum ቲ, ት (aeque ac pronomina sub litera b memorata literae *n* affigunt ቲ, ት).

ዝኴቱ, እልኴቱ ut supra ዝኩ vocalem *ŭ* ex formis ዝኩ vel እልኩ profectam inhaerentem ostendunt. Nota እንታክቲ cum *ā*, oppositum voci እንትኩ. ቴ et ቲ semper, ቱ nunquam accentu feriuntur.

5. De pronomine relativo.

Pronomina relativa ዘ, fem. እንተ (*ĕntă*) plur. እለ (*ĕllă*) originaliter demonstrativa sunt. ዘ procliticum, sed data occasione etiam encliticum est. Cum autem relativum adeo non congruere cum substantivo necesse sit, ut minus concordet quam adiectivum (cfr. § 101, 120), usus pronominis ዘ neglectis እንተ et እለ ita in sermone pervulgatus est, ut loqui non dubitetur e. c. haec: መርዓት፡ ዘሞተ፡ ምታ sponsa cuius sponsus mortuus est, ቅዱሳኒከ፡ ዘበሰማያት sancti tui qui in coelo sunt, ኅቡኣት፡ ዘርእየ res occultae quas viderat. Praeterea significatio eius est quicumque, quodcumque ut አልቦ፡ ዘይነሥእ፡ ዘኮነ፡ እምኀበ፡ እኁ ne quis a fratre suo quidquam capiat, quodcumque est; imprimis observanda est loquendi formula እንተ፡ ጸብሐት quicumque (dies) illuxit, i. e. unoquoque die. §32

Qua vero sit pronomen relativum ratione syntactica — nisi eam designari plane omittitur — ut in aliis linguis Semiticis ita in Aethiopica per subsequens pronomen personale suffixum exprimitur, cfr. exemplum iam supra allatum መርዓት፡ ዘሞተ፡ ምታ, porro ብእሲት፡

እንተ ፡ ስማ ፡ ማርያም femina, cuius nomen Maria est, ብእሲ ፡ ዘመጻእከ ፡ ኀቤሁ homo ad quem venisti. Sed haud raro accidit, ut pronomen relativum a subsequenti personali attrahatur. Cuius rei en exempla ይሬኢ ፡ ኵሉ ፡ ሕዝብ ፡ በእለ ፡ ውስቴቶሙ ፡ ሀሎከ Ex. 34, 10 totus populus, in quo es, videbit, ብፁዓን ፡ -- በእለ ፡ ኢሐሰበ ፡ ሎሙ ፡ ኵሎ ፡ ጌጋዮሙ Ps. 31, 1 beati quibus totum errorem eorum non imputavit, ግብር ፡ በዘ ፡ ይቀውሙ ፡ ባቲ ፡ ሕይወት Corn. Fal. ṭab. 48, 23 res quae vitam firmant. Praecipue praepositione በ haec attractio frequentissime producitur.

Quibus ex attractionibus probabiliter confici potest manasse alteram novam dictionem, qua subsequenti pronomine personali amisso et praepositione duntaxat relativo praeposita eius ratio syntactica in enuntiatione relativa exprimitur, quod iterum plurimum in praepositione በ occurrit. Sic in his exemplis: ፪ አቅርንት ፡ ዘውእቶሙ ፡ ሕግ ፡ ሐዲስ ፡ ወብሉይ ፡ በዘ ፡ ትክል ፡ ወጊአ ፡ ዘይነዐወከ Phys. 31, 4 duo cornua, quae nova et vetus lex sunt, quibus percutere potes eum qui te venatur, ዕለት ፡ በዘ ፡ ይወፅኦሙ dies quo educere voluit eos.

† Nonnumquam casus etiam eius partis ennuntiationis, ad quam refertur relativum, ab enuntiatione relativa attrahitur, quod haec exempla ostendent: ኵሎ (pro ኵሉ) ፡ ዘፈጠረ ፡ እግዚአብሔር ፡ ምክዕቢት ፡ ውእቱ Herm.

35[b] omnia quae Deus creavit, duplicia sunt, ይትዐወቁ ፡ ..እኩየ (pro እኩይ) ፡ ዘገብረ Herm. 27[b] certior factus est de malis quae fecit (at accusativus hic simul ex § 123, 5 explicari potest). Manuscriptis vel ea exempla traduntur quale hoc: ቀተለ ፡ ኵሎ ፡ ዘተረፈ ፡ ሰብእ ፡ ለአክአብ 4 Reg. 10, 17 interfecit omnes homines Ahabi, qui reliqui erant. Attamen hic nonnulla scripturae menda existimanda videantur.

Saepissime enuntiationes relativae ante eas voces §33
ad quas referendae sunt, ponuntur, ut in his: ዘኵሎ ፡ ይእኅዝ ፡ እግዚአብሔር Deus qui omnia tenet, ተሰፈውነ ፡ በዘክቡር ፡ እግዚእየ ፡ ወእኁየ ፡ ጳጳስ ፡ ጳውሎስ ፡ አብጽሐ ፡ ለነ ፡ ክርታስ ፡ መጽሐፍክሙ Chrest. 73, 19 speramus charta literarum vestrarum, quam venerabilis dominus et frater meus Paulus episcopus nobis apportavit, በእንተ ፡ ኃለፈት ፡ ሌሊት Apc. Esr. 4, 34 nocte quae elapsa est. Observandum est enuntiationem relativam in ultimis duobus exemplis interpositam esse praepositionem inter et vocem dependentem.

Relativae vero sententiae adeo in usum in lingua Aethiopica venere, ut verborum formis quae pronomine relativo cum antecedentibus coniunguntur quam frequentissime usitatis adiectivorum participiorumque usus non modo coerceretur, sed etiam ea postponerentur et fere obliterarentur, e. g. ረሰየ ፡ ርእሶ ፡ ከመ ፡ ዘይደዊ simulavit quasi esset aegrotus,

ubi etiam dici licet: ከመ፡ይጠፊ. Item omisso verbo adiectiva, adverbia, praepositiones cum vocibus ab iis dependentibus per pronomen relativum ad substantivum arctius attrahuntur. Quae ratio est horum exemplorum: ኀበ፡ዘቀዳሚ፡ሥርዐቱ ad priorem ordinem eius, እኅቱ፡ዘበሥጋ sua germana (= quae in carne) soror, መልዕልተ፡ቀድሳቲሃ፡ዘእምላዕሉ supra sanctum eius superne, አልቦ፡ባዕደ፡አምላክ፡ዘእንበሌከ nullus est deus praeter te, ዘከመዝ፡ብእሲ vir ut hic, talis vir. — ኀበ (በኀበ, እምኀበ) vel si coniunctionis ubi potestatem habet, interdum relativo ad substantivum arctius refertur e. g. ኆኃው፡እለ፡እምኀበ፡ይወፅእ፡ፀሐይ portae unde sol prodit. — ከመ tamquam, ut, እንበለ sine, antea quam sive sunt praepositiones sive coniunctiones vel ad enuntiationes per ዘ annectuntur* ut in his ኵሎ፡ዘከመ፡ትቤለኒ፡እገብር omnia faciam (quae fient) ut mihi dixisti, ቀንኡ፡ፍናወ፡አበዊሆሙ፡ወአጽንዕዎ፡ዘእንበለ፡ትንታኔ aemulati sunt vias patrum suorum et firmaverunt eas sine haesitatione, ፃኡ፡ዘእንበለ፡ይምጻእ፡ኀይለ፡ከላዴዎን exite priusquam exercitus Chaldaeorum venit!, ዘአጥረየ፡ንዋየ፡ዘእንበለ፡ያእምር፡መምህሩ qui possessionem sibi comparavit insciente magistro suo. Cfr. praeterea ዘእም § 165.

---

* Quam vanum denique illud ዘ particulis his praefixum fuerit, videre licet verbi causa hinc: እለ፡ዘእንበለ፡ልብ Chrest. 74, 9 qui sine corde sunt.

Quomodo relativa usurpentur ad exprimendam rationem genitivi inter dua nomina, docebit § 132.

ዘ (raro እንተ) etiam coniunctionis vim habet ad sententiam complectendam aut infinitivum circumscribendum et solvendum, ut Latina coninunctio quod, quod attinet, e. c. አኮ ፡ ዘየኀድገከ non (accidit) quod te relinquet, አኮ ፡ ለዝሉፉ ፡ ዘይትረሳዕ ፡ ነዳይ Ps. 9, 19 non in perpetuum est, ut pauper oblivioni detur, መሰለኒ ፡ ዘተሀይደኒ visus es me privaturus esse, በእንተ ፡ ዘገብሮ propterea quod fecerat eum. Praesertim post አኮ non (§ 155) et post praepositiones (§ 167) tales per pronomen ዘ comprehensae enuntiationes saepissime reperiuntur.

6. De pronomine interrogativo et indefinito.

መኑ (*mănnū*) Quis? comm. gen., acc. መነ. Plur. እለ ፡ መኑ. § 34
ምንት (*mĕnt*) Quod? neutr., acc. ምንተ. —

Pro proprio plurali እለ ፡ መኑ (cfr. § 114) solum መኑ in usu esse solet, ut መኑ ፡ አንትሙ, 4 Reg. 10, 13 qui estis? lect. var. እለ ፡ መኑ ፡ አንትሙ. Notanda haec formula: መኑ ፡ ስምከ quid est nomen tuum (ut Hebraicum מִי שְׁמֶךָ). Haud infrequenter constructione relativa in sententiis interrogativis praeoptata, verbi causa pro simplici መኑ ፡ ቀተሎሙ dicitur መኑ ፡ ዘቀተሎሙ quis est qui interfecit eos?. ምንት tamquam adiectivum

iungi potest ut ምንት ፡ ሠናይ quod bonum? — Adverbium est በምንት quam ob rem, cur?

§ 35 Pronomen ሚ, multo rarius usurpatum quam ምንት (et de forma conveniens cum Hebraico מִי) valet Quid? Quantopere? ut ሚብዝኁ ፡ እለ ፡ ይሣቅዩኒ Ps. 3, 1 quot facti sunt, qui me torquent! Crebra autem est phrasis ሚመጠን quae mensura? i. e. quantus, quot? ut ሚመጠን ፡ አንቅዕት ፡ ውስተ ፡ ገጸ ፡ ቀላይ quot fontes sunt in superficie abyssi? — De vestigiis pronominum መ, ማ (ما, מָה) cfr § 151 a. in. et 157.

§ 36 አይ (cfr. אֵי أَيّ) est pronomen interrogativum utriusque generis adiectivice usurpatum atque inanimata quoque designat. Accusativus est አየ ut አየ ፡ ፍኖተ quam viam? Plur. አያት, acc. አያተ.

§ 37 መኑ et ምንት (raro አይ) praeterea pro indefinitis, praecipue in propositionibus negativis sunt, ubi pronomini indefinito, si non per se negationem habet, plurimum insuper voculae ወኢ etiam non praefiguntur ut ከመ ፡ ወኢምንት ፡ እሙንቱ Apc. Esr. 4, 64 Sunt velut nihil. At fere semper pronominibus መኑ et ምንት quando indefinita sunt, enclitica ኒ sive ሂ* (et hoc quidem plurimum ad ምንት, illud ad መኑ) adiunguntur e. c. ኢነገርከ ፡ ለመኑሂ (ወኢለመኑኒ) non dixisti cuiquam, ኢይበውእ ፡ ጋኔን ፡ ወኢምንትኒ ፡ ከንቱ non intrabit ullus daemon neque quidquam vani.

* Vide § 162 et § 156.

Circumscribuntur porro indefinitiva verbis ቦ ፡ ዘ, negative አልቦ ፡ ዘ (cfr. § 148. 149) i. e. ad literam est vel non est qui, ut in hoc: ወቦ ፡ ዘመሥገርተ ፡ ይገብር ፡ ወአዲመ ፡ ቦ ፡ ዘይሰፍፋ et sunt qui retes faciant, sunt qui coria suant.

እገሌ significat quidam, NN. ut እቀብእከ ፡ እነ ፡ እገሌ ፡ ቀሲስ Taufb. 11, 3 Ego NN. presbyter, ungo te.

7. De articuli determinantis compensatione.

Etiamsi in lingua Aethiopica articulus determinans deest, suffixis adhibitis hic defectus aliqua ex parte emendari potest, cum nomina dependentia imprimis suffixis anticipantibus saepissime perfecte determinentur (§ 133, 134). Nomina vero etiam independentia, quamquam multo rarius fit, per suffixa ipsis annexa et ad ipsa relata definiri licet, velut ብእሲሁ hic vir, ዕደዊሆሙ hi viri. §38

IV. De Verbo. (§ 39—99.)

1. De verbi triliteri coniugationibus.

(§ 39—47.)

§39

	1.	2.	3.	4.	5.
I.	ቀተለ	ቀተለ	ቄተለ	ቃተለ	ቆተለ
II.	አቀተለ	አቀተለ	አቄተለ	አቃተለ	(አቆተለ)
III.	-	-	-	-	ተእስቆተለ

IV.	ተቀተለ	ተቀተለ	ተቄተለ	ተቃተለ	(ተቆተለ)
V.	-	-	-	-	አንቆተለ
VI.	-	-	-	-	†ተንቆተለ (ተአንቆተለ)
VII.	አስተቅተለ	አስተቀተለ	አስተቄተለ	አስተቃተለ	አስተቆተለ

Hac tabula in conspectu ponitur, quemadmodum in perfecto verbi triliteri coniugationes inter se differant, aeque ac sequenti tabula coniugationes verbi plurium radicalium exponentur.

§40 Linea transversa I eas stirpes verbales continet, quae nullo externo praeformativo distinguuntur, ac primum quidem (1) praeter speciem primitivam (*Qal*, *Peal*) stirpem secundam (2), cuius character est media radicalis geminata (*Piel*, *Pael*). Tertia stirps (3) eadem est quae in his formis e. g. cernitur: ܫܡܫ, ضَيْغَمٌ, فَيْصَلٌ (*Paial*). Quarta stirps (4) cum Arabica tertia (فَاعَلَ) et quinta (5) cum his fere formis ܣܘܥܪ, كَوْثَر (*Paual*) congruit.

§41 Expresse autem, ne in errores labantur, tironum animos adverti oportet, in hoc libro coniugationes alio modo atque in Dillmannii operibus numerari, cum doctus ille vir pro quinque in antecedenti paragrapho memoratis tres tantum referat coniugationes. Dicendi enim consuetudine stirps secunda et tertia nec non stirps quarta et quinta metaplastice in singulas contractae sunt coningationes, (quarum alteram Dillmannius *Steigerungsstamm* alteram *Einwirkungsstamm*

appellavit). Quae res, singula si persequimur, hoc modo se habet:

Tertiae enim stirpis solum paene imperfectum (**ይቄትል**) in usu et pro indicativo imperfectae secundae stirpis est, cum ipsum huius stirpis proprium imperfectum (**ይቀትል** *jeqattel*) subiunctivi tantum vices gerat; cfr. § 58. — Sunt autem praeterea verba, de quibus absoluta et perfecta (i. e. cuius non unicum imperfectum usu receptum est) derivatur tertia stirps, velut **ቤዘወ** liberavit, **ጼነወ** odorem exhalavit, **ዴገነ** persecutus est, quamquam ea verba quodam modo quadrilitēra secundae rad. *j* habentur, ut e. g. a verbo **ዜነወ** certiorem fecit ad exemplar verbi **ተመናደበ** (§ 50) forma fit **ተዚያነዉ** certiores fecerunt alii alios. Quomodo illae integrae stirpes, quibus per speciem similia sunt, ita flectuntur verba reduplicata **ሴሰየ** aluit, **ጌገየ** erravit, **ሌለየ** separavit et quae sunt huius modi alia.

Quartae deinde et quintae stirpis metaplasmus eo consistit, quod cum ex quarta derivetur coniugatio proprii sensus, perf., imperf., imperat., infin., compluria nomina verbalia, ex quinta quorundam deductio fit nominum verbalium. Unde dicitur **ባረከ** benedixit, at **ቡሩክ** benedictus, (**አስተ**)**ጋብአ** collegit, at **ጉባኤ** coetus, **ማሰነ** periit, at **ሙስና** pernities (cfr. §§ 103, 110 ult. 111). Interdum autem non modo cum praeformativis causa-

tivis reflexivisque (§ 43, 45, 46) quinta species derivata invenitur, verum etiam sine praeformativis non pauca verba ut ቶሰሐ miscuit, (እን)ሶሰወ incessit, ሞቅሐ vinxit, alia quae illi stirpi quintae similia sunt, quorum autem vocalis ō radicalis est, in coniugatione proprii sensus reperiuntur. Nimirum etiam haec verba quadrilitera secundae rad. *w* putantur et, ut a verbo ዞነወ, ita et a verbo ቶሰሐ ad modum ተመናደበ (§ 50) effingitur ተተዋሰሑ se miscuerunt.

§42 Series transversa II coniugationes causativas proponit, quae tamquam in lingua Arabica et Aramaica, sic in Aethiopica praeposita quidem litera አ formantur, sed non solum a stirpe prima, verumetiam a derivatis stirpibus secunda, tertia, quarta et quae videtur esse quinta. De stirpe secunda et tertia hic eadem quae in paragrapho 41 ad I dicta sunt, valent. — Satis autem frequenter causativa Aethiopica (quemadmodum Arabica) nobis quidem plane intransitivae videntur esse sententiae, ut አርመመ tacuit et fecit ut taceretur, አዕረፈ quievit et fecit ut quiesceretur.

§43 III. Alterum causativum praefixis fit literis አሰ, (*Saphel*, *Šaphel*) cuius praeformativi antiquior in nominibus cernitur forma ut ሰየዘዘ rigor, ሰቆረር fastidium. Quintae autem stirpis causativum (quod in § 42, II deesse diximus) ascito hoc praeformativo አሰ suppletur et quamquam hic quoque verbum proprium invenitur,

satis tamen rarum est. Sic: **አስዖዘዘ** rigidum fecit, **አስቆረረ** fastidivit. Verbum **አስቆቀወ** lamentatus est (cfr. **ስቆቃው** eiulatio, lamentatio) quintae stirpi videtur simile quidem, re autem vera reduplicatum videtur esse.

IV. Reflexiva praeposito **ተ** omnium stirpium, excepta iterum vera, non quae videtur esse, quinta formantur; cfr. Arabum coniugationem quintam et sextam. Reflexivae significationis specimina sunt haec: **ይትቀረፅ : ርእሶ** tondeat sibi caput suum, **ተመጠውኩ : መጽሐፈ** cepi (proprie porrexi mihi) librum; at saepe passivus quoque inest sensus, ut **ዘኢይትመዋእ : ለፀር** qui ab hoste non vincitur, **ተጸዐለ : እምአክዓብ** maledictum ei est ab Ahab, **ዘተብህለ : በኢሳይያስ** quod a Jesaia dictum est (simul ex allatis exemplis varias in passivo ad exprimendum subiectum logicum aptas esse intelligi potest praepositiones). Reflexivum quartae saepissime reciprocam accipit vim; e. g. **ተናገሩ** locuti sunt inter se (at etiam **ተሣቀየ** tortus est, **ተቃወመ** restitit). Stirps secunda et tertia hic quoque eadem ac in I et II inter se sunt ratione. §44

V. Secundum reflexivum praeposita syllaba **እን** formatur (*Niphal*), cuius figura originalis **ን** multis subest nominibus ut: **ንሥጣጥ** horror, **ንኮላል** vertigo, cfr. § 68. A quinta stirpe ascito hoc **እን** quod in § 44, IV deesse vidimus reflexivum deducitur, quod hic (ut in III) pro §45

verbo proprio quoque usurpatur. En exempla: **አንጦልዐ** expandit, operuit, **አንሦጠጠ** horruit et fecit ut horreretur, **አንኮሰሰ** vertigine correptus est et vertigine correptum fecit. Quod hoc reflexivum, ut videmus, saepe causativum potius sensum habet, eo explicari potest, quod forte et causativum et reflexivum eodem praefixo **አ** incipiunt.

§ 46 †VI. Plane singulare est, ut in verbo trilitero duo praeformativa reflexiva concurrant ut **ተንጦልዐ** expansus, opertus est. — Postea ultro **ተአንሶሰወ** (ZDMG 35, 650) incessit ex synonymo **አንሶሰወ** productum est.

§ 47 VII. Praepositis syllabis **አስተ** causativo—reflexivum efficitur, quod in Arabica lingua (X coniug.) et in Aramaica (*Eštaphal*) a prima modo, in Aethiopica ab omnibus quinque stirpibus formatur, tum stirpibus secunda atque tertia tum quarta atque quinta se invicem supplentibus eodem modo quo supra demonstravimus. Significationi causativoreflexivi, quae plurimum causativa est, ut **አስተርአየ** visum fecit, ostendit, aliquando reflexiva potestas admiscetur, ut idem **አስተርአየ** valeat se visum fecit, apparuit.

2. De coniugationibus verbi quadriliteri.

(§ 48—51.)

§ 48	1.	2.	3.	4.	5.
I.	**መንደበ**	-	-	-	†**አምኖደበ**
II.	**አመንደበ**	-	-	-	-

III.	-	-	-	-
IV.	ተመንደበ	-	ተመናደበ	-
V.	አንመንደበ	-	†አንመናደበ	-
†VI.	ተንመንደበ	-	-	-
VII.	አስተመንደበ	-	†አስተመናደበ	-

Verbum quadriliterum praeter radicem sine praeformativis duas tantum produxit stirpes, quae tamen cum paucis admodum ex multis illis, quibuscum eas coniungi liceat, praeformativis compositae possunt inveniri. Character earum post secundam radicalem vocalis *ā* sive *ō* est, congruunt igitur cum quarta sive quinta verbi triliteri stirpe.

†I, 5: **አክሞሰሰ** severe subrisit, **አልሖሰሰ** susurravit exempla stirpis quintae in prima serie sunt; quorum cum incipientem literam **አ** verisimile sit esse prostheticam, formae igitur primariae, ut e. c. in nomine **ሰሖሳስ** susurratio apparet, fuerunt **ከሞሰሰ**, **ሰሖሰሰ**; (Quantenus autem stirps IV, 4 **ተልሐዋሰሰ**, non ut exspectaveris **ተሰሖሰሰ**, formatur, verbum **ሰሖሰሰ** quasi quinqueliterum inflectitur). § 49

IV. Etiam in verbo quadrilitero reflexivum primae saepe potestatem passivam, reflexivum quartae stirpis reciprocam habet. Itaque **ተገፍትአ** subversus est, **ተሰናአዉ** inter se concordaverunt. § 50

V. Reflexivum syllaba **አን** praeposita formatum haud infrequenter de stirpe 1 quadrilitera derivatum exstat § 51

ut in his እንፈርዐጸ exsiluit, እንቃዐደወ (§ 16, 1) sursum prospexit, እንኰርኰረ se volvit et volvit (transitive cfr. 45 in fine,) et alia. De forma huius praeformativi cfr. § 45 et nomina ንፈርዓጽ exsultatio, ንኵርኳር rotatio.

3. De coniugationibus verbi quinqueliteri. (§ 52.)

§ 52 አድለቅለቀ vacillavit, አሕመልመለ viruit, alias formas (in perfecto) pro ደለቅለቀ, ሐመልመለ esse verisimile est; cfr. nominum formas ድልቅልቅ, ሐመልሚል et § 49. Eaedem autem formae designant praeterea fecit ut vacillaretur, sive fecit ut vireretur, qua in re አ haud scio an non prostheticum, sed causativum sit praeformativum.

§ 53 Nota. Incipiens አ stirpium, quae non est de radice, post negationem procliticam ኢ in የ transire solet e. g. ኢየአመርኩ non scivi pro ኢአእመርኩ, ኢየንጦልዐ non expandit pro ኢእንጦልዐ, ኢየርትዖ inf. non recte facere pro ኢአርትዖ cfr. § 71.

4. De perfecto. (§ 54—57.)

§ 54 Perfectum verbi triliteri, quod quas in 3 pers. masc. sing. stirpium singularum haberet formas iam supra attulimus, in radice non aucta praeter transitivam (ቀተለ *qatála*) addendum est admittere intransitivam quoque vocali *ĕ* post secundam radicalem insignem pronuntiationem, quae Arabicis formis فَعِلَ et فَعُلَ respondet. In pronuntiatione hoc *ĕ* plane omittitur, unde dicitur ገብረ *gábra* fecit, ለብሰ vestitus

erat, alia. ረኵሰ et alias formas similes partim in perfecta intransitiva cum vocali *ŭ* opinor monstrare, quae vocalem suam *ŭ* melius retinere potuerint; cfr. § 11.

Quae intransitiva cum *ĕ* pronuntiatio postquam in radicem reflexivam quoque penetravit, ibi tam frequenter praevalet, ut altera paene exclusa videatur, uti in his: ተከድነ *takádna* opertus est, ተለበሰ et quae sunt alia.

Porro addendum est, praeter primariam solitamque formam causativo-reflexivam stirpis primae አስተቀተለ etiam alias reperiri ut አስተቀተለ. Sic res se habet in አስተቀንአ, አስተበውሐ (secundum § 16, 2 pro አስተቀነአ, አስተበወሐ). Pronunciantur ea verba *astaqân'a*, *astabâuḥa*. §55

In flectendo perfecto imprimis eas quae in Arabica, Hebraica, Aramaica lingua litera *t* incipiunt, in Aethiopica literam *k* continere* flexionis terminationes conspicuum est. Flexionis terminationes haec fere sunt: §56

Sing.:	3. Pers. m. — *ă*.	Plur.:	— *ū*.
	3. Pers. f. — *ă*ተ.		— *ā*.
	2. Pers. m. — ከ.		— ክሙ.
	2. Pers. f. — ኪ.		— ክን.
	1. Pers. — ኩ.		— ነ.

Praeterea observandum est pro intransitivo *ĕ* in syllaba clausa apparere convenientem Hebraico (כָּבַדְתָּ),

* De litera *k* 2. pers. cfr. *k* suffixorum correspondentium. De litera *k* 1. pers. cfr. *k* pronominis אָנֹכִי, assyr. *anaku* ego.

alienam ab Arabico (عَلِمْتَ) vocalem *ă*, quae res in Aethiopica lingua alibi quoque cernitur. (§ 93) Inflexio perfecti stirpis primae non auctae haec est:

Singularis:

	transitive		intransitive	
3. Pers. m.	ቀተለ	(*qătắlă*)	ለብሰ	(*lắbsă*)
3. Pers. f.	ቀተለት	(*qătắlăt*)	ለብሰት	(*lắbsăt*)
2. Pers. m.	ቀተልከ		ለበስከ	
2. Pers. f.	ቀተልኪ		ለበስኪ	
1. Pers.	ቀተልኩ		ለበስኩ.	

Pluralis:

	transitive		intransitive	
3.Ps.m.	ቀተሉ	(*qătắlū*)	ለብሱ	(*lắbsū*)
3.Ps. f.	ቀተላ	(*qătắlā*)	ለብሳ	(*lắbsā*)
2.Ps.m.	ቀተልክሙ	(*qătălkḗmmū*)	ለበስክሙ	
2.Ps. f.	ቀተልክን	(*qătălkḗn*)*	ለበስክን	
1.Ps.	ቀተልነ.		ለበስነ.	

Pari ratione verba e. c. in stirpe prima causativa et in reflexiva intransitiva flectuntur:

አቀተለ	(*ăqtắlă*)	ተለብሰ	(*tălắbsă*)
አቀተለት		ተለብሰት	
አቀተልከ		ተለበስከ	
አቀተልኪ		ተለበስኪ	
አቀተልኩ.		ተለበስኩ u. s. f.	

Secundum hoc paradigma facile omnia cetera perfecta (etiam verborum plurium radicalium) formari possunt.

§57 Quando radicales *n* sive *k* concurrunt cum literis *n* sive *k* terminationum, u n u m modo *k* sive *n* scribitur

* Hic accentus ultima in syllaba positus est.

(§ 7), ut ከደነ aperuimus pro ከደንነ, ማሀርኩ praedam egi pro ማሀርክኩ. Literis ገ sive ቀ si extremae sint radicales, litera *k* terminationum semper assimilatur; sic ነደቅ aedificavi ortum ex ነደቅኩ, ዐረገሙ ascendistis ex ዐረግክሙ. Quin etiam si literis ቀ, ከ, ገ dum in fine sunt, vocalis *ă* inhaeret (§ 11), verbi causa ለሐከ pro ለሐክከ creasti et aliae huius modi formationes fieri possunt.

† Aliquando perfecto insuper perfectum verbi auxiliaris ኮነ praeponitur. Hinc dicitur እስመ ፡ ኮንኩ ፡ እነበብኩ ፡ ቃለ ፡ ጽድቅ ፡ በሕይወትየ quia verbum iustitiae in vita mea non locutus sum.

Notandum denique frequentissime perfectum ሀለወ, ሀሎ est sensu praesenti usurpari, cfr. § 72 in fine, § 163 (ad እንዘ). — In nonnullis enuntiationum dependentium generibus, etiam in Aethiopica lingua perfectum in sensu futuri nostri et futuri exacti invenitur, cfr. e. g. § 163 (ad vocem ሶበ) et § 164 (ad vocem እመ).

5. De imperfecto. (§ 58—73.)

Imperfecto duo sunt modi: indicativus et subiunc- § 58
tivus, quorum subiunctivus de forma Jussivo Hebraeorum et Arabum ea re respondet, quod iam ab initio terminatione modum designanti careret, (يَقْتُلْ), cum alter terminationem modum designantem (*ă*?) postea amisisset. Et cum praeformativa et terminationes flexionis in

utroque modo eadem sint, cumque terminationes modos discernentes amplius non sint, ambo in unam convenerunt formam, ut nunc in annectendis suffixis tantum ubique duabus occasionibus discrimen originale intelligatur (§ 82 in fine et § 84 in fine.)

At in stirpe prima et secunda differentia illa quam inter modos congruentes interesse senserunt, quibusdam formarum differentiis inhaesit, quae, ut videtur, originaliter alienae fuere a relationibus modorum. Insignis enim indicativi character in stirpibus primariis (1) vocalis *ă* post primam radicalem, in verbis complurium radicalium post antepenultimam, habetur, quae unde nata sit, non constat; formae per speciem saltem similes in Assyriaca lingua, in multis recentibus dialectis Arabum, aliquando etiam in Syriaca (cfr. ܢܶܦܪܽܘܩ, ܢܶܠܒܫܽܘܢ) comparent. Secundae contra stirpes ex se ipsis subjunctivum tantum formant, ut ይፈጽም (*jefáṣṣem*) ut finiat, indicativum autem correspondentem tertiae stirpis indicativum eligunt, velut ይፌጽም (*jefēṣem*) finiet, ut hic vocalium *ă* et *ē* permutatione, consonantibus simplicibus et geminatis differentia duorum modorum intellegere liceat.

Praeformativa cum vocali *ĕ* non cum *ă*, ut secundum Arabum vocales exspectaveris, pronuntiantur, (quamquam interdum etiam in Arabica lingua imperfecti praeformativa vocalem *ĭ* demonstrant).

Praeformativa et terminationes flexionis imperfecti huius modi sunt:

Sing.:	3. Pers. m.	ይ —.	Plur.:	ይ — ū.
	3. Pers. f.	ት —.		ይ — ā.
	2. Pers. m.	ት —.		ት — ū.
	2. Pers. f.	ት — ī.		ት — ā.
	1. Pers.	እ —.		ን —.

§ 59 Paradigmata duorum a stirpe prima non aucta derivatorum modorum verbi triliteri ita fere exhibentur:

		Indicativus:	Subiunctivus:
Singularis	3. Pers. m.	ይቀትል (*jĕqătĕl*)	ይቅትል, ይልበስ (*jĕqtĕl, jĕlbăs*)
	3. Pers. f.	ትቀትል	ትቅትል, ትልበስ
	2. Pers. m.	ትቀትል	ትቅትል, ትልበስ
	2. Pers. f.	ትቀትሊ (*tĕqătĕlī*)	ትቅትሊ, ትልበሲ (*tĕqtĕlī, tĕlbăsī*)
	1. Pers.	እቀትል.	እቅትል, እልበስ.
Pluralis	3. Pers. m.	ይቀትሉ (*jĕqătĕlū*)	ይቅትሉ, ይልበሱ (*jĕqtĕlū, jĕlbăsū*)
	3. Pers. f.	ይቀትላ (*jĕqătĕlā*)	ይቅትላ, ይልበሳ (*jĕqtĕlā, jĕlbăsā*)
	2. Pers. m.	ትቀትሉ	ትቅትሉ, ትልበሱ
	2. Pers. f.	ትቀትላ	ትቅትላ, ትልበሳ
	1. Pers.	ንቀትል.	ንቅትል, ንልበስ.

Subiunctivus, quem duas habere cernimus formas, quod attinet ad formationem, solitae respondet formae imperfecti primae coniugationis Arabicae (sive Qal sive Peal linguarum cognatarum) atque id quidem sic, ut ይቅትል tamquam יִקְטֹל, ܢܶܩܛܽܘܠ, يَقْتُلُ cum perfecto transitivo ቀተለ, ይልበስ ut יִכְבַּד etc. cum perfecto intransitivo ለበሰ congruant.

§60 Subiunctivus secundae stirpis non auctae et indicativus ei per metaplasmum adiectus hoc paradigmate repraesententur:

	Indicativus:	Subiunctivus:
Singularis	ይፌጽም (*jĕfēsem*)	ይፈጽም (*jĕfāssĕm*)
	ትፌጽም	ትፈጽም
	ትፌጽም	ትፈጽም
	ትፌጽሚ (*tĕfēsĕmī*)	ትፈጽሚ (*tĕfāssĕmī*)
	እፌጽም.	እፈጽም.
Pluralis	ይፌጽሙ	ይፈጽሙ
	ይፌጽማ	ይፈጽማ
	ትፌጽሙ	ትፈጽሙ
	ትፌጽማ	ትፈጽማ
	ንፌጽም.	ንፈጽም.

Quae vero verba integram tertiam stirpem habeant, ut ጼነወ, ዴገነ, duos illos modos quod speciem externam attinet non distinguunt, ut e. g. ይዴግን et indicativus et subiunctivus sit perfecti ዴገነ persecutus est.

§61 Itidem in stirpe quarta et quae videtur quinta distinctio duorum modorum externa locum non habet, quamobrem formatur de quarta, e. c.

ይባርክ benedicet sive ut benedicat, ትባርክ, ትባርክ, ትባርኪ etc.;

aeque atque de quinta, ut:

ይሞቅሕ vinciet sive ut vinciat, ትሞቅሕ, ትሞቅሕ, ትሞቅሒ etc.

In causativo vocalis *ĕ* praeformationis cum charac- §62
tere stirpis **አ** in *ā* confluit, sed pro **ኣ** 1. pers. sing. ex **እአ** orto saepissime **አ** scriptum videmus (cfr. § 16, 1.). Prima stirps causativa in indicativo item ut stirps prima non aucta post primam radicalem vocalem *ā* profert. Uterque modus in causativa stirpe prima in hunc modum flectitur.

		Indicativus:	Subiunctivus:
Singularis	3. Pers. m.	**ያቀትል**	**ያቅትል** (*jắqtĕl*)
	3. Pers. f.	**ታቀትል**	**ታቅትል**
	2. Pers. m.	**ታቀትል**	**ታቅትል**
	2. Pers. f.	**ታቀትሊ**	**ታቅትሊ**
	1. Pers.	**ኣቀትል** (**አቀትል**).	**ኣቅትል** (**አቅትል**).
Pluralis	3. Pers. m.	**ያቀትሉ**	**ያቅትሉ**
	3. Pers. f.	**ያቀትላ**	**ያቅትላ**
	2. Pers. m.	**ታቀትሉ**	**ታቅትሉ**
	2. Pers. f.	**ታቀትላ**	**ታቅትላ**
	1. Pers.	**ናቀትል**.	**ናቅትል**.

In causativo secundae stirpis subiunctivus **ያፈጽም** §63
et indicativus ex tertia stirpe sumptus **ያፌጽም** sonant, dum in iis quae integram tertiam stirpem habeant verbis, cum uterque modus consonus sit, ut **ያዴግን**, omnia exceptis praeformativis eo ipso modo se habent quo in stirpibus non auctis correspondentibus (§ 60.). Eadem porro ratio est in causativis quoque quartae et quintae stirpis.

Praeformativum **ተ** quod reflexivas efficit stirpes, §64
vocali *ă* in praefigendis praeformativis imperfecti

amissa proxime praecedit primam radicalem, (aliter igitur quam in formis يَتَقَتَّلُ, يَتَقَاتَلُ; contra cfr. יִתְקַטֵּל, ܢܬܩܛܠ). Illi duo modi, quia iam in subiunctivo vocalis *ă* post primam radicalem exstat, ne in stirpe 1. quidem distingui possunt. Ad secundam scilicet stirpem hic quoque de tertia stirpe indicativus metaplastice ascitur. Paradigmata sunt haec:

Reflexivum stirpis 1: **ይትቀተል** (*jĕtqătăl*) interficietur sive ut interficiatur, **ትትቀተል**, **ትትቀተል**, **ትትቀተሊ** (*tĕtqătălī*) etc.

Subiunct. Reflex. secund. stirpis: **ይትፈጸም** ut finiatur, **ትትፈጸም**, **ትትፈጸም**, **ትትፈጸሚ** etc. et indicativus ex tertia stirpe ascitus: **ይትፌጸም** finietur, **ትትፌጸም**, **ትትፌጸም**, **ትትፌጸሚ** etc.

Refl. perfect 3. stirpis: **ይትባዘው** liberabitur sive ut liberetur, **ትትባዘው** etc.

Refl. 4. stirpis: **ይትባረክ** benedicetur sive ut benedicatur, **ትትባረክ** etc.

Reflex. 5. quae videtur stirpis: **ይትሞቃሕ** (secundum § 16, 1 pro **ይትሞቀሕ**) vincietur sive ut vinciatur, **ትትሞቃሕ** etc.

§ 65 Quando prima radicalis litera sibilans (**ሠሰዘጸፀ**) vel alia dentalis (**ደጠ**) est, litera *t* reflexiva ei assimilatur. Hinc dicitur **ይሰመይ** nominabitur pro **ይትሰመይ**, **ይጸለሉ** (eae) obumbrabuntur pro **ይትጸለሉ**,

ትጠመቅ baptizaberis pro ትትጠመቅ. Quando prima radicalis ipsa *t* est, nimirum unum scribitur ut ይትክል plantabitur pro ይትትክል.

Quamquam in perfecto incipiens አ causativi, quod § 66 praefixo አስ, et reflexivi, quod praefixo አን formatur, et causativo-reflexivi originaliter prostheticum modo est, tamen in praefigendis praeformativis imperfecti conservatum cum vocali *ĕ* horum ut in causativo (§ 62) in *ā* confluit.* Ita:

III. ያስቆርር aversabitur sive ut aversetur; ያስዖዝዝ rigidum faciet vel ut rigidum faciat;

V. ያንፎልዕ expandet sive ut expandat;

ያንኮልል vertiginem faciet sive ut vertiginem faciat.

Paradigma stirpis 1. causativo-reflexivae (a verbo § 67 አስተንፈሰ spiritum duxit sumtum) hoc est:

Singularis

	Indicativus:	Subiunctivus:
3. Pers. m.	ያስተነፍስ (*jāstănăfĕs*)	ያስተንፍስ (*jāstănfĕs*)
3. Pers. f.	ታስተነፍስ	ታስተንፍስ
2. Pers. m.	ታስተነፍስ	ታስተንፍስ
2. Pers. f.	ታስተነፍሲ (*tāstănăfĕsī*)	ታስተንፍሲ (*tāstănfĕsī*)
1. Pers.	አስተነፍስ (አስተ")	አስተንፍስ (አስተ").

Pluralis.

	Indicativus	Subiunctivus
3. Pers. m.	ያስተነፍሱ etc.	ያስተንፍሱ etc.

* Eadem fere de stirpe I, 5 verbi quadriliteri et de verbo quinquelitero valent

Causativo-reflexivi secunda stirps subiunctivum modo exhibet: ያስተዐግሥ ut patientem faciat, cui indicativus ex tertia stirpe suppletur: ያስተዔግሥ patientem faciet.

Causativo-refl. quarta stirps: ያስተማስል aequiparabit sive ut aequiparet.

§ 68 † Tantum in reflexivis praeposito እን formatis rara secunda imperfecti formatio, cui subest antiquior praeformativi forma ነ, invenitur. Ex primario enim ነጠልዐ (nunc እንጠልዐ expandit) imperfectum ይንጠልዕ (ex § 16, 1 pro ይንጠለዕ) oritur, cum praeformativum ነ affixis imperfecti praeformativis vocalem amittat (cfr. يَنْقَتِل, יִקָּטֵל pro יִנְקָטֵל). Hoc alterum et antiquius imperfectum, in quo modi non distinguuntur, loquendi consuetudine metaplastice perfecto dupliciter reflexivo ተነጠልዐ (§ 46) additur.

§ 69 Verbum quadriliterum etiam in stirpe 1. reflexiva duos modos separatos praebet. Quam ob rem formant

Stirps 1. non aucta: indicativum ይደነግፅ (*jĕdănăgĕḍ*) territus erit; subiunctivum: ይደንግፅ (*jĕddăngĕḍ*).

Stirps 1. causativa: indic. ያደነግፅ terrebit; subiunct. ያደንግፅ.

Stirps reflexiva: indic. ይተመነደብ (*jĕtmănăddăb*) infelix erit, subiunct. ይተመንደብ.

Quarta stirps reflexiva: indic. ይሰናሰሉ (pro ይተሰናሰሉ secundum § 65) inter se vincti erunt, subiunct. idem.

Secunda stirps reflexiva: ind. ያንገረግር sese volutabit, subiunct. ያንገርግር.

Stirps causativo-reflexiva (non certe probata): indic. ያስተጠነቀቅ, subiunct. ያስተጠንቀቅ.

Quarta stirps causativo-reflexiva: indic. ያስተጣናቀቅ accurate aget, subiunct. idem.

Verbum quinqueliterum: ind. ያድለቀለቅ quassatus erit sive quassabit, subiunct. ያድለቅለቅ. § 70

Nota. Post negationem ኢ praeformativa 1. pers. sing. እ, ኣ (አ) in ይ, ያ (የ) transire solent, ut eae formae plane speciem 3. pers. masc. sing. prae se ferant, velut ኢይቀትል non interficiam et non interficiet cfr. § 53, 88. § 71

Subiunctivus in Aethiopica lingua eidem fini cui in Semiticis iussivus, qui ei de forma similis est, inservit; scilicet ad imperia exhortationesque non dependentia tam affirmativa quam negativa exprimenda et praecipue, si negativus in 2. pers. adhibetur, imperativi in Aethiopica quoque inusitati sufficitur in locum. Quando affirmativus est neque dependens, saepe ለ procliticum ut Arabicum لِ praefigitur. En exempla: ለይኩን፡ብርሃን fiat lux! (لِيَكُنْ), ኣውሥኦሙ respondeam iis!, ንንድቅ ፡ ሀገረ aedificemus urbem!, ኢትቅትል ne necaveris!, ኢይንበር ne commoretur! Praeterea autem hic absolutus iussivus in dependentis subiunctivi ultro usum vertitur, qui in variis sententiae finalis enuntiationibus aut a coniunctionibus aut ab ipso verbo principali rectus locum habet. Hac constructione cerni § 72

potest, quomodo iussivus non dependens ad subiunctivum rectum transierit. Nam: ንፈቅድ ፡ ንስማዕ audire cupimus, አዘዘ ፡ ይቅትሉ eos interficere iussit, ሀለዎ ፡ ይምጻእ imminet ei venire, alia eiusmodi exempla originaliter significant cupimus (id), audiamus! — Imperavit: interficiant! — ei imminet, veniat. Iam vero dici potest ንፈቅድ ፡ ከመ ፡ ንስማዕ, አዘዘ ፡ ከመ ፡ ይቅትሉ, ሀለዎ ፡ ከመ ፡ ይምጻእ adhibita coniunctione finali ከመ ut. Imprimis notandus est frequentissimus subiunctivi (plerumque sine ከመ) post verba incipiendi ወጠነ et አኀዘ usus, e. c. አኀዙ ፡ ይብዝኁ ፡ ሰብእ homines multi fieri inceperunt. In relativis quoque sententiis admittitur ut አልቦ ፡ ዘይምጻእ ne quis veniat, ad literam nemo est, qui veniat. Deinde praeter ከመ subiunctivus has fere coniunctiones subsequitur: እምቅድመ priusquam, እንበለ, ዘእንበለ (§ 33) sine, priusquam, ut ቦ፡እለ፡ይበልዑ፡እምቅድመ፡ይባኡ፡ቤተ ፡ ማኅበር nonnulli edunt priusquam in monasterium veniunt, ገነት፡እንተ፡ተከለት፡የማንከ፡እንበለ፡ትቁም፡ምድር hortus, quem plantavit dextra tua, priusquam terra exstiterat. Denique post conjunctiones comparativas እምነ, እም quam ut (§ 165) subiunctivus est.

Notabilis et singularis indicativi usus est ad exprimendas: 1) diuturnitatem, consuetudinem in praeterito, ut ወፅአ ፡ እምሀገር ፡ ወኀደረ ፡ ውስተ ፡ መቃብር ፤ ወይመጽኡ ፡ መላእክት ፡ ወይዜንውዎ ፡ በእንተ ፡ ኵሉ exiit ex urbe

et habitavit inter sepulcra et angeli ventitabant eique omnia nuntiabant; 2) statum, velut hoc modo: ንበር ፡ ትትኔበይ ፡ ሎሙ mane, cum eis vaticinaris, ርእየ ፡ ብእሲ ፡ ልሂቅ ፡ የጸቶ ፡ እምሐቅል vidit hominem veterem de campo venientem.

Magis definite diuturnitas, in praeterito consuetudo praeterea perfecto verbi auxiliaris ኮነ sequente imperfecto indicativi exhibetur (ut in lingua Arabica). Sic: ኮነ ፡ ኢይፈቅዶ ፡ ዘንተ ፡ ግብሪ non desiderabat hanc rem. — Insuper saepe imperf. indic. cum perfecto verbi auxiliaris ሀለወ, ሀሎ (§ 97) coniungitur; quod cum ipsum plurimum praestet praesentis significatum est (cfr. § 163 ad vocem እንዘ), sententia haec e. g. ሀሎኹ ፡ ኣማስና Chrest. 1, 4 sensum praebet: perdam eos, perditurus sum eos; tamen si sensum perfecti, qui et ipse reperitur, verbi ሀለወ urgeamus, hanc sententiam: ሀሎ ፡ ዮሐንስ ፡ ይጠምቅ ፡ በገዳም Mr. 1, 4 vertas Johannes baptizans erat sive baptizabat in deserto. Quando ሀለወ imperfecto indic. postpositum est, sensus unice de praesenti, tota igitur phrasis de futuro videtur esse tempore. Itaque vertas ይመጽእ ፡ ሀሎ venturus est, veniet.

6. De imperativo. (§ 73.)

Imperativi propria conformatio interna ubique plane concordat cum subiunctivo; in stirpe 1. tantum non § 73

aucta verbi triliteri ea est differentia, quod imperativi prima radicalis cum vocali *ĕ* est proferenda.

Paradigma hoc est imperativi:

		transitivi:	intransitivi:
Sing.	m.	ቅትል (*qĕtĕl*)	ልበስ (*lĕbăs*)
	f.	ቅትሊ (*qĕtĕlī*).	ልበሲ (*lĕbăsī*).
Plur.	m.	ቅትሉ	ልበሱ
	f.	ቅትላ.	ልበሳ.

Contra አቅትል (*áqtĕl*) fac interficiatur!, ገፍትእ (*găftĕ*) everte!, quae plane congruunt cum subiunctivo ያቅትል et ይገፍትእ. — Porro in imperativo coniugationum reflexivarum vocalis *ă* non omittitur, utpote quod imperfecti tantummodo annexis praeformativis efficitur; dicitur ergo ተፈጸም perficere! oppositum subiunctivo ይትፈጸም.

Nota. Afformativa perfecti, imperfecti, imperativi satis valida et significantia sunt, ut pronomina absoluta tunc modo subiecta adhiberi necesse sit, cum praecipue voce premenda sint, ut: ዘአንተ ፡ ሠራዕከ ፡ እሙንቱ ፡ ነሠቱ Ps. 10, 3 quae tu ordinasti, illi diruerunt.

7. De infinitivo. (§ 74—76.)

§ 74 De nominibus infinitivorum vicem gerentibus vide § 110; cfr. e. g. ይሬእዩ ፡ ቀትለ (lect. var. ቀትለተ) ፡ ቢጸሙ ፡ እምሰይጣን Chrest. 66—67 viderunt interfici socium eorum a Satana, በትርጓሜሁ ፡ ዘንተ ፡ ክፍለ Arnoldii F. Neg. pag. 4, 10 in sua versione huius

capitis. — Proprius stirpis verbi triliteri non auctae infinitivus repraesentatur formis ቀቲል (cfr. رَحِيل proficisci, نَعِيب crocire) et ቀቲሎት quorum hoc saepe usurpatur, si infinitivus in statu constructo ponatur, ut ሰሚዖት ፡ ቃለ ፡ አቡሆሙ audire vocem patris eorum, et fere semper si suffixa affigantur, (sed dicitur quoque ይነብር ፡ ነቢብከ Apc. Esr. 8, 26 Var. manet loqui tuum, item ps. 118, 28, ሐዊሬ § 76 in fine).

In omnibus aliis stirpibus neque minus in verbis plurium radicalium forma quaedam charactere ĕ post paenultimam radicalem insignis (cfr. تَقْتِيل, تِقْتَال) quae terminatione semper accentuata sive ō sive ōt producta ceteras vocales imperativo similes ostendat, infinitivi potestatem possidet. Hinc fit ፈጽሞ et ፈጽሞት finire (I, 2), አፍቅሮ et አፍቅሮት amare (II, 1), ተኤውዎ et ተኤውዎት capi (IV, 3) alia huius modi. Formae cum terminatione ō ante suffixa non usitantur.

Infinitivus aliquando etiamsi sententiae subiectum § 75
est, nihilosecius in accusativo ponitur, quomodo in his: ጥቀ ፡ ሠናይ ፡ ሀልዎ ፡ ለክሙ ፡ ምስለ ፡ ፈጣሪ ፡ ነቢረ ፡ ኵሉ ፡ መዋዕለ ፡ ሕይወትክሙ Chrest. 68, 24 pulcherrima exsistentia vobis, cum creatore manere omnes dies vitae vestrae, ኢተክህሎሙ ፡ ጸዊረ Jean d. N. 175, 2 non possibile erat iis ferre, ኢኮነ ፡ ሠናየ ፡ .. ወሂበ ፡ ለከለባት non pulchrum est canibus dare. (Minime autem praeoptatur praepositionem ለ infinitivo praefigi.)

§ 76 Infinitivus prout aut nominis aut verbi potestatem continet, obiectum directum aut in genitivo aut in accusativo secum iungere potest. Illius exempla haec sunt: አፍቅሮ ፡ ንዋይ possessionem amare, ለመሢጠ ፡ ዓሣት pisces capere, ትክል ፡ አንጽሖትየ potes me purgare; hoc probatur in his: ዘይክል ፡ ወስኮ ፡ እምዲበ ፡ ቆሙ ፡ እመት ፡ አሐተ qui ad magnitudinem suam unum cubitum addere potest. Saepe duo illi modi unam in speciem concurrunt ut ኢክህልኩ ፡ ርእዮቶ ፡ ለዚኩ nequivi illum videre.

Frequentissime ante infinitivum accusativus ab eo dependens positus est, e. c. ረስዑ ፡ ኅብስተ ፡ ነሢአ obliti erant panem secum auferre, ትክል ፡ ነፍስ ፡ ዚአየ ፡ ናዝዞ Chrest. 121, 59 animam meam consolari potes, ትክልኑ ፡ እላንተ ፡ ነገረ ፡ አብጽሖ ፡ ኀበ ፡ ኤርምያስ Chrest. 9, 5 potesne haec verba ad Jeremiam comportare? Unde fortasse constructiones ortae sunt, in quibus accusativus proprie a sequenti infinitivo dependens attrahitur per antecedens principale verbum, quod e. c. hoc cernitur: ይክሎ ፡ ለዝንቱ ፡ ገቢረ Apc. Esra 2, 10 potest hoc facere (ubi accusativus circumscribitur, cfr. § 134); lect. var. ይክል ፡ ዝንተ ፡ ገቢረ.

Notabiles sunt dicendi formulae quales ቀዲምኩ vel አቅዲምኩ ፡ ነጊረ primus vel antea dixi, ኢይደግም ፡ አሰስሎ ፡ ብእሴ Jud. 2, 21 non iterum hominem e medio tollam, alia; quibus adverbium verbo princi-

pali continetur. — Praepositio ለ cum infinitivo coniuncta per ellipsin valet in eo esse, ut aliquid fiat et futurum proxime imminens designat, ut in his ዝናም ፡ ለመጺእ imber brevi tempore adveniet, praecipue frequenter cum antecedenti ሶበ e. c. ሶበ ፡ ለሐዊር ፡ እቤላ cum abitura esset, dixi ad eam..., pariter, sed cum suffixo in hoc casu: ሶበ ፡ ለሐዊራ ፡ አምከራ Jud. 1, 14 cum abitura esset, suasit ei.

8. De gerundio.

(De infinitivo statum designante.)

(§ 77—79.)

Illo nomine peculiaris quaedam infinitivi significatur forma, quae constanter cum suffixis pronominibus ad eius infinitivi subjectum respicientibus* instructa in status aut temporis accusativo usurpatur. Etenim dum ቀቲል interficere solitus infinitivus est, ቀቲሎ accusativus in interficiendo, ቀቲለከ te interficiente significat. § 77

* Maxime dubium est, utrum ገቢረ gen. 2, 2 revera pro ገቢር positum sit, an potius solitus infinitivus a verbo ፈጸመ dependeat.

Paradigmate hoc flexio eius illustretur:

	Singularis:	Pluralis:
3. Ps. m.	ቀቲሎ cum occidit	ቀቲሎሙ cum interficiunt
3. Ps. f.	ቀቲላ	ቀቲሎን
2. Ps. m.	ቀቲለከ	ቀቲለክሙ
2. Ps. f.	ቀቲለኪ	ቀቲለክን
1. Ps.	ቀቲልየ.	ቀቲለነ.

Haec forma ቀቲል cum charactere ī post paenultimam radicalem, quae solitus infinitivus in stirpe 1. modo non aucta recepta est, gerundium etiam de omnibus aliis stirpibus derivatur. En exempla: አቅቲለከ cum facis ut occidatur, ተዘርአ cum seritur, ተቃቲለነ nobis nos invicem interficientibus, አስተብረኮ eo genuflectente, አስተቃቲለክሙ cum faciatis, ut mutuo interficiatur et quae sunt alia.

§ 78 Observandum autem est, subjectum proprium, si res id secum ferat, directe apponi infinitivo neque quod ex § 133 exspectaveris, praepositione በ ad illum referri. Itaque dicitur ሙሴ ፡ ሰፊሖ ፡ እዴ ፡ ነትዎ ፡ አማሌቅ cum Moses manum extendit, Amalek fugit, ወፂኦ ፡ ውእቱ cum exiit. Obiectum directum nimirum in accusativo modo poni potest ut: ፈጺሞ ፡ ፫ዓመተ cum absolvisset tres annos.

§ 79 Gerundium in lingua Aethiopica quam frequentissime usurpatur ad describenda tempora statusque, quae cum enuntiatione principali eiusdem fere temporis

repraesentantur aut quae priora fuisse non urgetur. Sic in his res se habet: ማእዜ ፡ ርኢናከ ፡ ተሞቂሕከ quando te vinctum vidimus?, ተወሊዶ ፡ ኢየሱስ ፡ ናሁ ፡ መሰግላን ፡ በጽሑ cum Jesus natus esset, ecce venerunt magi.

Cum Arabes ad statum exprimendum pro infinitivo potius participio vel alio nomine concreto in accusativo posito uti constet, hoc loquendi genus in Aethiopica lingua multo rarius invenitur, ubi tamen accusativus a nominativo removeri coeptus est, si id ipsum nomen, cuius status describatur, in nominativo est. Exempla sunt haec: ርኢኩ ፡ ኆኃወ ፡ ሰማይ ፡ ፍቱሓተ vidi portas coeli apertas, ይትርፉ ፡ አዳም ፡ ወሔዋ ፡ ሕዙናነ Gad. Ad. 42, 8, lect. var. ሕዙናን Adam et Eva tristes remaneant. Mirum est vel haec nomina suffixis ad nomen describendum respicientibus saepissime instrui, ut in his: ነቂሆ ፡ ይደንግፆ Kebr. Nag. cap. 31, 1 lect. var. ይደንግፅ perterritus experrectus est, ይጐይይ ፡ ዕራቆ Phys. 11, 9 nudus fugit, ረከብክዎሙ ፡ ፍሡሓኒሆሙ inveni eos laetos, contra ረከብክዎሙ ፡ ፍሡሕየ inveni eos laetus. ዕራቆ nudus, etiamsi non statui designando inservit, semper suffixis instruitur, vide gen. 2, 25; 3, 7. 10. 11.

9. De verbo pronominibus suffixis instructo.

(§ 80—85.)

§ 80 Hoc loco, cum infinitivo etiam ea quae pro obiecto sunt suffixa quasi nomini affigantur, dum gerundio praeter id quod subiectum designat, alterum suffixum quod pro obiecto sit non adicitur, tantum de perfecto, imperfecto, imperativo agetur. — Originales suffixorum formae, quae supra § 22 traditae sunt, non commutatae omnibus quae in vocalem *ā* cadunt verborum formis adiunguntur ut **ቅትልዎሙ** interficite eos!; 3. personae fem. plur. ind. imperf. annexa suffixa e. c. sic sonant **ይቅትላከ**, **ይቅትላሁ**, **ይቅትላየ**; **ይቅትላኒ**, **ይቅትላሆሙ**, **ይቅትላሆን**. Simul observandum est nonnullas verborum formas, quae nunc in vocalem *ă* vel in consonantem cadentes initio vocali *ā* terminatae sunt, hanc antiquiorem formam ante suffixa plus minusve constanter retinuisse, quo imprimis referenda est 1. pers. plur. perf. **ቀተልነ**, initio **ቀተልና** (قتلنا), suffixis instructa **ቀተልናከ**, **ቀተልናኪ**, **ቀተልናሁ**, **ቀተልናየ** etc.; deinde 2. pers. fem. plur. perf. **ቀተልክን**, originaliter **ቀተልክና**; cum suffixis **ቀተልክናሁ**, praeter quod mirum est inveniri etiam **ቀተልክሁ**. Denique 2. pers. masc. sing. perf. **ቀተልከ**, originaliter **ቀተልካ**; cum suffixis instructae saltem possibiles sunt haec formae: **ቀተልካሁ**, **ቀተልካየ**, **ቀተልካሆሙ** (3 Reg. 8, 36).

Ubi suffixa litera *h* incipientia ad eas verborum formas quae vocali *ă* terminatae sunt annectuntur, ad tertiam videlicet personam masc. sing. perf. (ቀተለ), ad 2. pers. masc. sing. perf. (ቀተልከ), iam aliquando etiam ad 1. pers. plur. perf. (ቀተልነ), contractione quadam coalescunt, cum ex syllabis *ă-hū, ă-hā, ă-hōmū, ă-hōn* procedunt *ō, ā, ōmū, ōn*;* cetera omnia regulatim fiunt, ut in his: ቀተለኒ, ቀተለከ, ቀተለኪ, ቀተሎ, ቀተላ; ቀተለነ, ቀተለክሙ, ቀተለክን, ቀተሎሙ, ቀተሎን; item ቀተልከኒ, ቀተልኮ, ቀተልካ (praeter ea quae supra diximus ቀተልክሁ, ቀተልክዋ); ቀተልከነ, ቀተልኮሙ, ቀተልኮን (ቀተልክሆሙ); denique raro etiam ቀተልዮ, ቀተልዮሙ interfecimus eum, eam pro iis quae praevalent: ቀተልናሁ, ቀተልናሆሙ. § 81

Illo igitur modo cum terminatione verbali *ă* coniuncta sive coalita suffixa etiam ad eas adiciuntur verborum formas, quae (nunc et partim antiquitus) in consonantem cadunt, verbi causa ad imperf. ይቀትል: ይቀትለኒ, ይቀትለከ, ይቀትለኪ, ይቀትሎ, ይቀትላ; ይቀትለነ, ይቀትለክሙ, ይቀትለክን, ይቀትሎሙ, ይቀትሎን; pariter ad 3. pers. fem. sing. perf. ቀተለት: ቀተለተኒ, ቀተለተከ, ቀተለተኪ, ቀተለቶ, ቀተለታ; ቀተለተነ, ቀተለተክሙ, ቀተለተክን, ቀተለቶሙ, ቀተለቶን. Excipiuntur autem ቀተልክን ut iam supra diximus, et subiunctivi formae consonanti terminatae. His § 82

---

* Nisi *ōmū, ōn* potius ex *ă-hŭmū, ă-hŭn* natae sunt; cfr. § 22 not.

suffixa primae et tertiae quidem personae iam instructa vocali *ă* adiunguntur (ይቀትለኒ, ይቀትሎ, ይቀትላ; ይቀትለነ, ይቀትሎሙ, ይቀትሎን), sed in secundae personae suffixis, cum proxime ad formas iam initio consonantibus terminatas, annectantur, primarius conservatus est annexionis modus, e. c. ኢይርከብከ ne te assequatur. Quando ultima radicalis *k* vel *g* vel *q* est, eaedem quae in § 57 locum habent assimilationes. Itaque scribendum est እባርክ benedicam (subj.) tibi pro እባርክከ, እኅድጊ relinquam (subj.) te (fem.) pro እኅድግኪ (contra እባርከከ benedicam tibi [ind.], እኅድገኪ relinquam te [ind.].)

§ 83 Ad formas verborum vocalibus *ū* et *ī*, quae flexione ortae, non radicales sunt, terminatas suffixa primae et secundae personae modo maxime primario quam proxime, sed tertiae personae iam in *ō*, *ā*, *ōmū*, *ōn* commutata accedunt. Praeterea respiciendae sunt quae docentur §§ 17 et 19 de vocalibus regulae observandumque dici solere non modo ቀተልክኒ tu (fem.) me occidisti, sed etiam ቀተልክነ tu (fem.) nos occidisti pro ቀተልኪነ.

§ 84 Unum porro verbum duobus quoque suffixis in lingua Aethiopica coniungi licet; suffixa ከ et ነ (ut consoni flexionis exitus) si aliud sequitur suffixum in originali forma solito exstant, velut አርአየናሁ monstravit nobis eum.

† Accentus suffixis adiunctis maximopere suo loco demovetur. Etenim non solum suffixa dissyllaba ሆሙ፡, ኮሙ፡ pro communi de accentu canone (§ 12) tonum semper ad se attrahere necesse est, sed etiam suffixa ሆን, ኮን, quae nunc sunt monosyllaba, fuere dissyllaba, et ሁ et የ ubique cum accentu efferuntur, ut ይቀትላ *jĕqătĕlā*, at ይቀትላሁ *jĕqătĕlāhū́*, ይቀትላሆን *jĕqătĕlāhṓn*. — Quando suffixa ኒ, ከ, ኪ, ነ adiciuntur, accentus in (novam) paenultimam promovetur. Hinc dicitur ቀተለ *qătắlă*, ቀተለት *qătắlăt* at ቀተለኒ *qătălắnī*, ቀተለትነ *qătălătắnă*; ቀተሉ *qătắlū*, ቀተልኪ *qătắlkī* at ቀተሉኪ *qătălū́kī*, ቀተልክኒ *qătălkĕ́nī*; ይቅትል *jĕ́qtĕl* at ይቅትለኒ *jĕqtĕlắnī*, ይቅትልከ *jĕqtĕ́lkă*. — Quamquam autem de suffixis *ō*, *ā*, *ō*ን, quorum ultimum fuisse dissyllabum iam non respicitur, fluctuatur, facillime tamen cognosci potest eas terminationes tunc tono carere, si iis verborum formis affigantur, quae originaliter iam in consonantem desierint (itaque efferuntur perf. ቀተለቶ *qătălắtō*, ቀተለታ *qătălắtā*, ቀተለቶን *qătălắtōn*; subj. ይቅትሎ *jĕqtĕ́lō*, ይቅትላ *jĕqtĕ́lā*, ይቅትሎን *jĕqtĕ́lōn*; et imperat. ቅትሎ *qĕtĕ́lō*, ቅትላ *qĕtĕ́lā*, ቅትሎን *qĕtĕ́lōn*); item si ad eas formas adiungantur quae vocalibus *ī* et *ū* flexione ortis terminentur (unde e. c. ይቀትሉ *jĕqătĕ́lū*, sed ይቀትልዎ *jĕqătĕlĕ́wō*, ይቀትልዋ *jĕqătĕlĕ́wā*, ይቀትልዎን *jĕqătĕlĕ́wōn*; ቀተልኪ *qătắlkī*, sed ቀተልክዮ *qătălkĕ́jō* vel ቀተልኪዮ *qătălkī́jo*, ቀተልክዮን *qătălkĕ́jōn*); sin autem iis quae aut

ultima habent, (§ 70) nisi fallor, formae contractae notabiliter praeponderant non contractas ut ተሰዶ urgeri, ተደሞ stupere, contra ግርሮት condere.

11. De iis verbis, quae radicales gutturales continent.

(§ 88—92.)

§ 88 Hic praecipue illorum de vocalibus canonum in § 16 ob oculos positorum ratio habenda est. Quorum quidem ex tertio canone in stirpe I 1 verborum prim. gutt. dicitur: የአምን credet, ተአምን, ተአምን, ተአምኒ, አአምን, plur. የአምኑ, የአምና etc., item in subiunctivo imperf. stirpis 2. non auctae: የሐድስ ut renovet, ተሐድስ, ተሐድስ, ተሐድሲ etc. (contra indicativus ad eum ex 3. stirpe additus ይሔድስ etc. sonat). Prima igitur persona sing. negativa formatur ኢየአምን, ኢየሐድስ (§ 71). Ex prima deinde de vocalibus regula causativo-reflexivum stirpis 1. in perfecto est አስተሐቀረ parvi aestimavit, subiunct. ያስተሐቅር, imperat. አስተሐቅር, sed causativum አእመነ fecit ut crederetur, raro ኣእመነ.

§ 89 Verba med. gutt. in perfecto intransitivae pronuntiationis pro secunda de vocalibus norma sonant ልህቀ, ክሕደ, ስዐረ (transit. ሰዐረ), ድኅነ, reflex. ተሰዐረ, ተድኅነ pro ለህቀ, ክሕደ etc.; vocalis ĕ, secundam radicalem sequens, quae in verbis firmis omnino eicitur (§ 54), in verbis med. gutt. pronuntiatione conservatur ut ክሕደ

kĕḥĕdă, non *kĕḥdă*, ተደኅነ *tădĕḫĕnă*, non *tădĕḫnă* efferatur. Haec duo *ĕ* in totam perfecti flexionem penetraverunt neque ut in verbis firmis data condicione in *ăă* transeunt, quam ob rem formatur sing. ልህቀ adolevit, ልህቀት, ልህቀ, ልህቂ, ልህቁ, plur. ልህቁ, ልህቃ, ልህቅሙ, ልህቅን, ልህቅነ, sing. reflex. ተሰዐረ deletus est, ተሰዐርት, ተሰዐርከ, ተሰዐርኪ etc. Atque ex eadem regula imperf. indic. sonant: ይክሕድ negabit, causat. ያክሕድ pro ይክሕድ, ያክሕድ; gerundium ክሒዶ, ክሒዳ etc. pro ክሒዶ etc.

Subiunctivus stirpis 1. non auctae semper *ă* post secundam radicalem accipit, ut derivetur ይሥዐል a verbo ሠዐለ, ይስአል a ሰአለ, ይኵሐል a ኰሐለ, ይስሐብ a ሰሐበ; simili modo (tertiae regulae ratione habita) imperativus flectitur ሥዐል, ስአል, ኵሐል, ስሐብ; at ርኢ vide!, raro ርእይ.

§ 90 Geminatam vero gutturalium pronuntiationem auribus valde non perceptam esse etiam ex ea re iam in § 16, 2 memorata cognosci potest, quod gutturalis geminatio (praetermissis paucis vestigiis) potentiam secundae de vocalibus regulae comprimere non potest, ut etiam in secunda stirpe dicatur e. g. ምሀር docere (infin.) pro መሀር. — Quod non sufficit ad explicandam singularem illam rem, quod haud parvi numeri verborum mediae gutt., praecipue eorum quorum media radicalis አ vel ዐ est prima et tertia stirps metaplastice

ita inter se coniunguntur, ut imperf. ind. ex tertia stirpe, cetera omnia ex prima assumantur.*

Cuius rei en exempla:

perfect.:		imperf. indicat.:
ርእየ	vidit	ይሬእዪ, raro ይርእዪ (*jĕrĕ'ī*)
አርአየ	causat.	ያሬኢ et ያርኢ (*jārĕ'ī*)
አስተርአየ	causativo-reflex.	ያስተርኢ (*jāstărĕ'ī*), s. ያስተሬኢ
ተስእለ	interrogavit	ይሴእል
ርዕየ	pavit	ይሬዒ et ይርዒ
ጥዕየ	sanus fuit [halavit	ይጤዒ et ይጥዒ
ተምዐዘ	bonos odores ex-	ይትሜዐዝ
አጽዐነ	equitare fecit	ያጼዕን
ተጽዕነ	equitavit	ይጼዕን
አልዐለ	exaltavit	ያሌዕል
አትሐተ	humiliavit.	ያቴሕት.

subjunct.:

ይርአይ	ይትመዐዝ
ያርኢ (*jăr'ī*)	ያጽዕን
ያስተርኢ (*jāstăr'ī*)	ይጽዕን
ይስአል	ያልዕል
ይርዐይ	ያትሕት
ይጥዐይ	alia

* Quamvis simplicissimum sit accipere illa verba originaliter omnia secundae fuisse stirpis, quae postea propter tenuem gutturalium pronuntiationem in primam stirpem transeuntia tamen imperfectum indic. de tertia derivatum retinuissent, atqui dubitari potest num ርእየ vidit, ርዕየ pavit aliaque huius modi verba in Aethiopica lingua re vera originaliter secundae stirpis fuerint? Vocalis *ē* dubito an tantum potestate vocalis *ĭ* vel *ī* quae in vicina syllaba, gutturalibus leviter separata, plurimorum continetur imperfectorum, ex *ă* orta sit?

Verba ult. guttur. in universis perfectis speciem formarum intransitivarum tantum prae se ferunt. §91

Exempla sunt haec:

Stirps 1. non aucta:		Stirps 1. non aucta:	
singularis.	ነሥአ (nǎš'ǎ) sustulit	pluralis.	ነሥኡ (nǎš'ū)
	ነሥአት (nǎš'ǎt)		ነሥኣ
	ነሣእከ (nǎšâ'ěkǎ § 16, Adnot.)		ነሣእክሙ
	ነሣእኪ		ነሣእክን
	ነሣእኩ.		ነሣእነ.

Singularis.

Reflex. secund. stirpis:	Verb. quadrilit.
ተፈሥሐ (tǎfǎššěḥǎ) gavisus [est	ገፍትአ (gǎftě'ǎ) evertit
ተፈሥሐት (tǎfǎššěḥǎt)	ገፍትአት (gǎftě'ǎt)
ተፈሣሕከ	ገፍታእከ
ተፈሣሕኪ	ገፍታእኪ
ተፈሣሕኩ.	ገፍታእኩ.

Pluralis.

ተፈሥሑ (tǎfǎššěḥū)	ገፍትኡ (gǎftě'ū)
ተፈሥሓ	ገፍትኣ
ተፈሣሕክሙ	ገፍታእክሙ
ተፈሣሕክን	ገፍታእክን
ተፈሣሕነ.	ገፍታእነ.

Ut ነሥአ *nǎš'ǎ*: ita IV, 1 ተነሥአ *tǎnǎš'ǎ*, VII, 1 አስተቀንአ *ǎstǎqǎn'ǎ*, contra አንሥአ *ǎnšě'ǎ*, ተጋብአ *tǎgābě'ǎ*, ቶስሐ *tōsěḥǎ* etc.

Illae formae pro prima et secunda de vocalibus regula explicandae sunt. — Quamquam in stirpe prima

non aucta et in causativo-reflexiva (I 1, VII 1) manifestum est crebro transitivas proprie formas subesse, quarum character *ă* per canones illos in *ĕ* immutatus sit, tamen universae formae (aeque ac quae de stirpe prima reflexiva derivantur, id quod facilius intellegi potest), quasi essent intransitivae pronuntiantur, vocalis *ĕ* crebro ex *ă* ortae hic pronuntiatione penitus omissa (§ 54 et 55). In perfectis autem reliquarum omnium stirpium verbalium, in quibus alioquin formae intransitivae non occurrunt, nec non in omnibus perfectis verborum quadriliterorum vocalis *ĕ* ex *ă* orta pronuntiatione salva praestatur.

§ 92 Subiunctivus et indicativus stirpis primae non auctae semper *ă* post secundam radicalem interponunt. — Paradigma flexionis modorum imperfecti vocalem *ă* in ultima habentium sit hoc:

	Subiunct. stirpis 1. non auctae:	Indic. imperf. reflex. stirpis 3:
Sing.	ይንሣእ	ይትፌሣሕ
	ትንሣእ	ትትፌሣሕ
	ትንሣእ	ትትፌሣሕ
	ትንሥኢ (*tĕnšĕ'ī*)	ትትፌሥሒ (*tĕtfēšĕḥī*)
	እንሣእ.	እትፌሣሕ.
Plur.	ይንሥኡ	ይትፌሥሑ
	ይንሥኣ	ይትፌሥሓ
	ትንሥኡ	ትትፌሥሑ
	ትንሥኣ	ትትፌሥሓ
	ንንሣእ.	ንትፌሣሕ.

Imperativ.: ንሣእ, ንሥኢ (nĕšĕ'ī), ንሥኡ, ንሥኣ. — ተፈሣሕ (tăfăššāḥ), ተፈሥሒ, ተፈሥሑ, ተፈሥሓ. — Originalem vocalem ultimae radicalis syllabae est retinendum esse breve ă, quod, prout canones exigunt, modo ā comparet modo ĕ, id quod etiam de suffixorum accessione valet. Propterea e. c. ይንሣእ suffixis instructum hoc modo variatur: ይንሥአኒ, ይንሣእከ, ይንሣእኪ (§ 82 in fine), ይንሥኦ (jĕnšĕ'ō), ይንሥኣ (jĕnšĕ'ā); ይንሥአነ, ይንሣእክሙ, ይንሣእክን, ይንሥኦሙ, ይንሥኦን (jĕnšĕ'ōn). Rarae tales formationes sunt ut ብላዖ ede id! pro ብልዖ.

12. De iis quae radicales ወ et የ complectantur verbis.

(§ 93—98.)

Verba prim. j prorsus firmorum verbórum flexionem imitantur ut የብሰ aridus fuit, imperf. ind. ይየብስ, subjunct. ይይበስ, imperat. ይበስ; causat. አይበሰ. — Nec minus verba primae w partim ut firma inflexa subiunctivum et imperativum stirpis primae non auctae fingunt ut hoc exemplum demonstret: ይውፋር et ውፋር a ወፈረ rus iit, ይውጋር et ውጋር a ወገረ iecit. — At frequenter in subiunctivo stirpis primae non auctae huius verborum generis antiquissima illa linguarum Semiticarum peculiaritas primae radicalis absentis patet ut in his: § 93

		Subiunct.:	Imperat.:
ወለደ	genuit	ይለድ *	ለድ
ወደቀ	cecidit	ይደቅ	ደቅ
ወረደ	descendit	ይረድ	ረድ
ወደየ	iecit	ይደይ	ደይ
ወቀረ	excidit	ይቅር et ይውቅር	ቅር et ውቅር
ወገረ	proiecit	ይግር et ይውግር.	ግር et ውግር.

Generaliter formae firmae post secundam radicalem vocalem *ĕ* (ex *ŭ* natam) proferunt, rarius *ă*, e. c. ይውጋእ ut contudat, ይውቅሥ ut litiget (cfr. يَوْجَل), dum in formis infirmis paene sine exceptione *ă* apparet, cognatis in linguis ut constat vocali *ĕ* elucente, cfr. يَلِدُ, יֵלֵד. Ut illae ita Aethiopica quoque originaliter vocalem *ĭ* habuit, quae necessario in *ĕ* mutata adhuc cernitur nominibus parallelis ልደት (لِدَة) partus, ረደት descensio (§ 110) et aliis. Eadem enim ratione qua dicitur ሰበከ pro ሱበከ (§ 56), scilicet quia etiam in ይለድ, ለድ syllaba iam intio clausa exstat (at nihilominus ርስት, ጥንት non ረስት, ጠንት), originale *ĭ* factum sit *ă*, unde postea in totum subiunctivum et imperativum intravit. Itaque raro primariae reperiuntur formae ut ግር praeter ገር iace!, ይሰድ ut afferat, ሰድ affer!

---

* Praeformativa eorum verborum quae simul med. gutt. sunt cum vocali *ă* efferuntur ut ያሕዝ ut fluat, ያዐይ ut ardeat, ያሁብ ut donet a perfectis ውሕዘ, ውዐየ, ወሀበ.

praeter ይሲይ፡ et ይውሲይ፡ et ሲይ፡. In የሐዝ, የዐይ, የሁብ vocalis ă iam propter gutturales posita sit (cfr. يَدَعُ, يَسَعُ, يَهَبُ).

Verba med. *w* et *j* Aethiopica funditus inter se discernuntur, cum unaquaeque forma verborum med. *w* radicalem vel *w*, vel *ū*, vel *ō*, unaquaeque forma med. *j* radicalem vel *j* vel *ī* vel *ē* contineat (eae formationes med. *w* ut הָקִים, ܐܩܝܡ, يُقِيمُ in Aethiopico sermone amplius non sunt). Quoniam vero omnes reliquae stirpes mediam radicalem ostendunt firmam consonantem *w* vel *j* neque a firmorum verborum formatione discrepant (itaque e. c. እጠየቅ II 2, ተቃወመ IV 4), nisi ad summum eo quod in gerundio character eius *ī* post *j* fieri potest *ĕ*, ut e. g. praeter ጠዪቅ (a 2. stirpe derivatum) cum certe scit ጠይቅ quoque inveniatur, sufficit stirpes primas, quippe in quibus et firmae et infirmae cerni possint coniunctim conformationes, diligentius examinare. § 94

In perfecto stirps prima et non aucta et causativa *ō* sive *ē* vocalem immutabilem assumere solent, cum formationi reflexivae primae stirpis iam firmorum ad instar verborum consonantes *w* vel *j* (sive potius diphthongis *au*, *ai*) solito inserviant. Perfecti igitur paradigma hoc fere modo repraesentatur: § 95

Stirps prima non aucta:

Sing.	ጸረ portavit	ሼጠ vendidit
	ጸረት	ሼጠት
	ጸርከ	ሼጥከ
	ጸርኪ	ሼጥኪ
	ጸርኩ.	ሼጥኩ.
Plur.	ጸሩ	ሼጡ
	ጸራ etc.	ሼጣ etc.

Stirps prima causativa:

Sing.	አጸረ	አኬደ calcare fecit
	አጸረት	አኬደት
	አጸርከ etc.	አኬድከ etc.

Stirps reflexiva:

Sing.	ተጸወረ (*tăṣa͡ură*, non *tăṣă*-	ተሠይጠ (*tăša͡iṭă*)
	ተጸወረት [*wĕ̊ră*; cfr. § 54)	ተሠይጠት
	ተጸወርከ	ተሠየጥከ
	ተጸወርኪ etc.	ተሠየጥኪ etc.

Sed non desunt verba qui discrepent a supradicto paradigmate, ut e. g. in causativo firmiter formetur አኈወረ notam inussit, አዐወረ caecum fecit praeter አየረ; contra infirme in reflexivo ተሦዐ sacrificatus est, ተሞአ praeter ተመውአ victus est, ተሎሰ, ተጼሐ. Quae verba simul ult. *w* et *j* sunt, semper firmorum verborum normam sequuntur ut ሐየወ, ደወየ, causat. አሕየወ, አደወየ.

Imperfectum in indicativo semper firmam formationem postulat ut ይጸውር (*jĕṣăwĕr*, ትጸውሪ *tĕṣăwĕrī*),

ይሠይጥ; ያጸውር, ያከይድ; ይጸወር, ይሠየጥ (pro ይትጸወር, ይትሠየጥ). — In subiunctivo stirpis 1. non auctae infirmae tantum inveniuntur formae, in verbis med. *w* talibus ut ይጹር, ይኩን (*jĕṣūr, jĕkūn*; cfr. يَكُون) omnino quidem praeponderantibus formis, repertis tamen etiam iis ut ይበእ, ይማእ veniat, vincat (cfr. يَخَافُ), porro ይሖር praeter ይሑር eat; med. *j* verba non praebent nisi tales formas ut ይሢጥ (*jĕšīṭ*). In subiunctivo stirpis 1. causativae nonnullae firmae formae perfectis firmis respondent, ut ያነውር (*jånwĕr*) notam inurat; vigent autem infirmae ut ያጹር, ያኪድ (*jåṣūr, jåkīd*); in reflexivo autem ut in indicativo firmae formae occurrunt e. c. ይጸወር, ይሠየጥ. Imperativus totus convenit cum subiunctivo: ጹር (በእ, ማእ; ሑር), ሢጥ; አጹር, አኪድ; ተጸወር, ተሠየጥ. — Infinitivus perinde et gerundium stirpis 1. non auctae et reflexivae firmam semper verborum fictionem exigunt, ut hinc videre licet: ጸዊር, ጸዊሮት ferre, ጸዊረከ cum fers, ተሠውዮት sacrificari; pro ሠዪጥ, ሠዪጦት, ሠዪጠከ etc. poni solent ሠይጥ, ሠይጦት, ሠይጠከ (§ 18). In causativo infirmae formationes ut አጸርት et አጹርት; አሢጦት exstant.

In prima stirpe verborum med. *w* causativa (et in causativo-reflixa satis raro probata) alter insuper flectendi modus a maiore antiquitate repetitus apparet, in quem descriptio principio § 94 data transferri non possit cuiusque inflexio hoc modo se habeat: § 96

Singular.

Perfectum:	Subjunctivus:
አቀመ (*ăqằmă*) posuit (praeter	ያቅም (*jắqĕm*; praeter recent.
አቀመት [recentius አቆመ)	ታቅም [ያቁም)
አቀምከ (= أَقَمْتَ)	ታቅም
አቀምኪ etc.	ታቅሚ etc.

Imperativus: አቅም (recentiore modo አቁም), አቅሚ, plur. አቅሙ, አቅማ; infin. አቅሞ vel አቅሞት; gerundium አቂሞ, አቂማ etc. — Si verba simul ult. gutt. sunt, paradigma illius causativi perfecti hoc est: Sing. አንኀ (*ănĕḫă*; praeterea recentius አኖኀ) longum fecit, አንኀት, አናኅከ, አናኅኪ, አናኅኩ; plur. አንኁ etc.

§97 Denique verborum ult. *w* et *j*, quae tamquam med. *w* et *j* adeo distincta sunt accurate, ut verba ult. *w* nunquam transeant in ult. *j*, inflexio ea re internoscitur a verbis firmis, quod pro *ĕw* vel *ĕj* finienti sive syllabas sive voces fere semper *ū* vel *ī*, pro *ăw* exitu sive syllabarum sive vocum aliquando *ō*, pro *ăj* in fine et syllabarum et vocum rarissime *ē* substituuntur.* (Enimvero historicam si respiceremus huius

---

* Exceptis iis verbis ult. *w* et *j*, quae etiam med. gem. sunt, quod factum videtur quia syllabae ዉ et ዩ secundum § 18 quantum poteste vitantur; itaque ፄውው cape!, አጉየየ fugere fac!, ይጉየየ fugiet. Praeterea formae ut ርእይከ pro ርኢከ rarissimae sunt.

commutationis originem, ratio longe alia esset.) Ex antecedentibus ergo haec patet perfecti flexio:

Singularis:

ተለወ secutus est	ርአየ vidit (cfr. § 89)	ዐበየ magnus fuit
ተለወች	ርአየች	ዐበየች
ተለውኽ et ተሎኽ	ርኢኽ	ዐበይኽ
ተለውኺ et ተሎኺ	ርኢኺ	ዐበይኺ
ተለውኹ et ተሎኹ.	ርኢኹ.	ዐበይኹ.

Pluralis:

ተለዉ	ርአዩ	ዐበዩ
ተለዋ	ርአያ	ዐበያ
ተለውኸሙ et ተሎኸሙ	ርኢኸሙ	ዐበይኸሙ
ተለውኽን et ተሎኽን	ርኢኽን	ዐበይኽን
ተለውኍ et ተሎኍ.	ርኢኍ.	ዐበይኍ.

ዐበየ ergo penitus ut verbum firmum inflectitur. — Dumtaxat hoc unum excipitur quod pro ሀለወ est fem. ሀለወች dici potest ሀሎ (*hällō!*), ሀሎች.

Paradigma imperfecti indic. hoc modo exhibetur:

Stirps prima non aucta:

Sing.	ይተሉ (*jĕtălū*)	ይሰሪ condonabit
	ትተሉ	ትሰሪ
	ትተሉ	ትሰሪ
	ትተልዊ (*tĕtălĕwī*)	ትሰርዪ, etiam ትሰርይ
	እተሉ.	እሰሪ.
Plur.	ይተልዉ	ይሰርዩ
	ይተልዋ etc.	ይሰርያ etc.

Reflexivum tertiae stirpis:

Sing.	ይትፌነው et ይትፌኖ mittetur	ትትፌነው et ትትፌኖ ትትፌነዊ
	ትትፌነው et ትትፌኖ	እትፌነው et እትፌኖ.
Plur.	ይትፌነዉ	ይትፌነዋ etc.

Formae in syllabam *ăይ* desinentes ut ይትኄበይ superbus erit prorsus iterum verba firma exaequant.

Ex his paradigmatibus reliquorum quoque temporum modorumque flexio sequitur, ut pro ratione ይትፌነው et ይትፌኖ e. c. subiunctivus intransitivus stirpis primae non auctae formetur ይፍትው et ይፍት et imperativus ፍትው et ፍት et alia, secundum ይስሬ fingatur subiunctivus transitivus ይስሬ, imperativus ስሬ alia. Notandum praeterea ሰርዩ cum condonat, ሰርይ condonare secundum § 18 praeter ሰሬዩ, ሰሬይ.

§98 De suffixorum accessione differentia illa, quae interest inter vocales *ū*, *ī* (§ 83) et radicales et eas quae flexionis terminationes sunt, observata facile intellegitur suffixa plane ut ad verba firma affigi. Proinde dicitur: ይትለውኸ te sequetur non ይትሉኸ (a ይትሉ); item ይሬሰየኹም, raro etiam ይሬሲየኹም ponet vos non ይሬሲኹም (a ይሬሲ). In formis ut ይረሲኹም ut ponat vos quam proxime accessit suffixum 2. pers. ad subiunctivum, plane velut in verbo firmo (§ 82 in fine). — Praecipue notandae sunt formae ut ታስተዋይይኒ tu (fem.) me accusabis pro ታስተዋይዩኒ, ታስተይኒ tu (fem.) mihi

potum praebebis, አስቲይኒ mihi potum praebe! pro ታስቲዩኒ, አስቲዩኒ (ex § 17 et 18).

13. De verbis irregularibus et defectivis.

(§ 99.)

ክሀለ potuit litera *h* in imperfecto ind. stirpis § 99 primae non auctae elisa subinde ይክል (*jĕkĕl*) pro ይክሀል format. Ceterum totum regulatim flectitur ut e. c. subiunct. ይክሀል.

በሀለ dixit in pluribus casibus literam *h* eicit, scil. in imperfecto ind. ይብል (*jĕbĕl*), subiunct. ይበል, in imperativo በል; deinde in causativo perf. አበለ, imperf. ዩብል, infin. ኦብሎ (contra ተበሀለ dictum est, ተበሀሉ inter se dixerunt, alia huius modi). Ad ይብል insuper alterum imperfectum indic. modo in § 90 edito formatum ይቤል accedit, quod in perfecti significatione dixit usitatum (praeter *h*) semper literam *l* excidit, simulatque ea in fine vocum occurrit. Hinc sonat sing. ይቤ (*jĕbé*), ትቤ, ትቤ, ትቤሊ, እቤ, plur. ይቤሉ, ይቤላ, ትቤሉ, ትቤላ, ንቤ; sed suffixa semper accedunt litera *l* conservata ut ይቤለኒ dixit mihi. Etiam in syntaxi formae ይቤ potestas semper perfectum aequiparat ut: ሰበ ፡ ይቤሎም ፡ ዘንተ ፡ ነገረ postquam iis hoc verbum dixit (cfr. § 163 s. v. ሰበ).

A verbo ወሀበ dedit imperf. indic. fit ይሁብ. Subiunct. et imperat. regulatim formantur የሁብ et ሁብ.

Ad ነሥአ sustulit duo pertinent reflexiva: ተነሥአ (*tănåš'ă*) sublatus est et ተንሥአ (*tănšĕ'ă*) se sustulit, exsurrexit. Ad hoc (forsitan denominativum et) quasi quadriliterum fictum referuntur imperativus ተንሥእ, infin. ተንሥኦት, gerundium ተንሢኦ, at non conveniens imperfectum ind. ይትነሥእ et subiunct. ይትንሥእ, immo imperfecto exprimendo inservit forma ad perfectum ተነሥአ pertinens ይትነሣእ.

ወፅአ exiit quod subiunctivum et imperativum pro § 93 ይፃእ et ፃእ habet non ut debebat, ex § 92 flecti pergit ትፅኢ, ይፅኡ, ይፅኣ, ትፅኡ, ትፅኣ, imperat. ፅኢ, ፅኡ, ፅኣ, immo verba ይባእ, ይማእ (cfr. § 95 in fine) quorum *ā* radicale est imitatum semper cum *ā* format ትፃኢ, ይፃኡ, ይፃኣ etc.

አኀዘ cepit, incepit in subiunctivo praeter regulare ይእኅዝ plerumque የአኅዝ sonat. Cuius quidem rei causam fuisse verisimile est post vocali carentem consonantem እ pronuntiari potuisse auxiliare *ĕ* (cfr. § 16, 1 not.) quod postea prout de vocalibus regulae postulant in *ă* transire potuit. Indicativus et imperativus regulares sunt ይእኅዝ et አኅዝ.

† አምዐዐ iratum fecit et ተምዐዐ iratus fuit, quae simul med. gem. et ult. gutt. sunt, multas diversas et partim formandi vocaliumque canonibus repugnantes ostendunt formas, quarum maxime singulare est, *ă* ante ultimum et propterea etiam data condicione

ante prius **ዐ** de vocalibus regulis non obsequens in *ĕ* permutari non debere. Sic dicitur praeter **አምዐዐ** etiam **አምዐዐ** (contra § 91); praeter regularem formam **ተምዐዑ** (*tămĕʿĕʿū*) irascimini! invenitur etiam **ተመዐዒ** irascere! (fem.); pro **ይትምዐዑ** irascentur, quod exspectaveris, exstat **ይተመዐዑ**, pro **ይትምዐዮሙ** irascetur iis: **ይተመዐዮሙ** et quae sunt alia. Perfectum autem diversissimis in formis traditum est ac primum quidem

ተምዐዐ*, **ተምዐዕከ**, ut **ተሰዐረ**, **ተሰዐርከ** (§ 89), tum

ተምዐ *tămĕʿă* (pro **ተመዐ** § 16, 2), **ተመዓዕከ**, ut **ተነበ**, **ተነበብከ** (§ 86), deinde

ተምዐ, **ተማዕከ** acsi stirps prima intransitiva non aucta esset, postremum

ተምዐዐ, **ተምዓዕከ** tamquam quadriliterium. — Ad haec omnia perfecta referendum est unum imperfectum **ይተመዓዕ**.

Singularis imperativus est **ነዓ** veni!, fem. **ንዒ**; plur. **ንዑ**, fem. **ንዓ**.

Frequentissime usurpatur **ናሁ** ecce!, proprie, opinor, ecce illum!; rarius **ነዋ** en! forsan originaliter en illa! — **ነየ** en ego!, **ነዮ** en is!, **ነያ** en illa!, plur. **ነዮሙ**, **ነዮን**.

Ad **ቦ** habet, est, negat. **አልቦ** cfr. § 148.

---

* Ut **ተሠዐዐ** se desquamavit.

V. De nomine. (§ 100—146.)

1. De genere.

(§ 100—101.)

§ 100 Terminatio feminina in lingua Aethiopica duplex datur: *ăt* et *t*. Cfr. Hebraicum ת ָ et ת, ת ֶ, إِبْنَةٌ et بِنْتٌ. Quando terminatio *t* firmiter annexa iis vocibus affigitur, quarum ultima radicalis *d*, *ṭ* sit, iis assimilatur et litera *t* quidem fere semper radicali ut a ዋሕድ (*wāḥĕd*) unicus fem. ዋሕድ (*wāḥĕd*) pro ዋሕድት; item ትውልድ genus pro ትውልድት, መወልድ obstetrix pro መወልድት. Sed ወለት filia pro ወልድት, vide porro § 135. Nimirum ምውት pro ምውትት fem. vocis ምዉት mortuus et quae sunt alia. Cfr. deinde etiam plurales fractos (§ 118, 3) ut ዐፀድ messores, መሠጥ raptores, ሠየጥ mercatores pro ዐፀድት, መሠጥት, ሠየጥት a singulari ዐፃዲ, መሣጢ, ሠያጢ. — Usus utriusque terminationis femininae minime lege solutus et arbitrarius est, immo in alia nominum forma potius vel sine exceptione haec, in alia illa terminatio feminina usurpatur; in quibusdam terminationibus (ut in ገዘት aliis, ጥንት et aliis) utraque paene pari est frequentia.

§ 101 Aethiopica lingua, quamquam in aliis linguis non magis necesse est quam in hac unumquodque res femininas significans substantivum femininum quoque

assumere exitum (ut እም mater, ድንግል virgo), tamen ea re praecipue peculiari, quod nulla fere lege et ad libidinem genus rerum inanimarum eligi potest, ab aliis distinguitur, quatenus omnis prope expressio rei inanimatae aut notionis abstractae, sive est feminina terminatione instructa sive non, et masculina haberi licet et feminina.* Quod quidem cernitur varia cum substantivis congruentia et adiectivorum, (quorum positio ut obiter notem quod substantivum attinet satis libera est), et praedicatorum et suffixorum. Unde dicitur: ምድር ፡ ሠናይ et ምድር ፡ ሠናይት pulchra terra, ትፍሥሕት ፡ ዘይኄይስ et ትፍሥሕት ፡ እንተ ፡ ትኄይስ gaudium quod melius est, ውእቱ ፡ አሚረ et ይእቲ ፡ አሚረ hoc die; ፀሐይ sol femininum e. c. Kebr. Nag. cap. 30, 10, contra masculinum usurpatur cap. 30, 11; ዳግም ፡ ልደት regeneratio.

Ut adiectivorum singularium generi neutri exprimendo et masculinum inservit et femininum e. g. እኩይ et እኪት malum, ሠናይ et ሠናይት pulchrum, እንግርከ ፡ ካዕበ ፡ አሐተ Jud. 6. 39 hoc unum tibi insuper dicam, ita femininum semper pluralium, itaque እኩያት mala, ሠናያት pulchra.

---

* Conferri poterat Arabicum exemplum ما دعت الله امرأة quamdiu mulier deum invocat, ubi vel naturale ad femininum non dubitatur praedicatum in masculino apponere. Attamen hic امرأة masculini vim non habet quod adiectivo ascito comprobari posset. Aliter autem res in Aethiopico sermone se habet.

Hac occasione pronomen masculinum pro neutro in usu esse iam ex § 28 in fine intellegi potest.

2. De nonnullis nominum formis.

(§ 102—112.)

§ 102 Quoniam quidem omnes quantae exstant nominum formas in conspectu proponere huius loci non est, partem tantum earum exhibebimus et eas quidem imprimis quae cum certis verborum stirpibus plus minusve arcte sint coniunctae.

Eadem nominum forma quae in Hebraico, Aramaico, Arabico sermone solitum participium act. Qal (קוֹטֵל, ܩܳܛܶܠ, قَاتِل) usurpatur, in Aethiopico rara est; exempla sunt haec: ዋርስ (*wārĕs*) heres, ራትዕ probus, ጻድቅ iustus, ዳኅን integer, ዋሕድ unicus; cfr. § 142; ላሕይ (*lāḥĕi*, § 12 in fine) pulcher. Feminini specimen est ጻድቅት (*ṣādĕqt*). Ceterum cavendum est ne nomina ut ባሕር, quae ex § 16, 1 pro በሕር بَحْرٌ sunt, huc referantur.

§ 103 Frequentissimo autem in usu est forma illa magis passiva et intransitiva קָטוּל, قَتُول. In Arabica lingua vocalis *ă* huius formae transiit in *ŭ* in quadriliteris, etiam in triliteris in Aethiopica ut forma ea ቀትል, fem. ቀትልት (*qĕtĕlt* vide § 15) sonet. In paucis admodum (nescio an vere vernaculis) verbis, vide praecipue § 144, *ă* conservatur. Quam ad formam a permultis

radicibus adiectiva notionis passivae vel intransitivae descendunt ut ብዙኅ multus, ምዉት et ምውት (§ 18) mortuus, ዝሩው et ዝርው dispersus, እኩይ malus; fem. ዝሩት, እኪት (§ 20); ምንዱብ fem. ምንድብት afflictus. Specimen substantivi est ንጉሥ rex fem. ንግሥት. Ultro haec formatio etiam a stirpibus derivatis deducitur ut a secunda e. g. ፍጹም perfectus, ኵኑን iudicatus; creberrima est de quinta stirpe ut ቡሩክ (*bürük*) fem. ቡርክት benedictus, ሡሩር fem. ሡርርት conditus (perfect. quintae stirpis ባረከ, ሣረረ), ቱሱሕ mixtus (perf. ቶሰሐ), ሙቁሕ vinctus (perf. ሞቀሐ). A causativo-reflexivo stirpis primae descendit እስቱርኩብ occupatus, quintae stirpis እስቱጉቡእ (*ĕstĕgūbū*) congregatus.* Quinta a stirpe (formata praeposito እን, proprie ን) et recentiores formae derivata sunt ut እንዝህሉል levis animo et antiquiores ut ንዝህሉል.

Nonnullae earum formarum quamquam adhuc aptae sunt ad directum obiectum accipiendum et id quidem praecipue ምሉእ plenus ut ምሉእ ፡ መሬት plenus pulvere (secundum verbalem illum cum obiecto directo construendi modum መልአ ፡ መሬተ), tamen hic quoque iam saepe dicitur genitivo adhibito (§ 125 in fine) ምሉአ ፡ መሬት plenus pulveris; forsan etiam እሱ ፡ ቅቡ

---

* Invenitur quoque ምስቱጉቡእ, quae forma ex እስቱጉቡእ et participiis quae § 107 recensuimus conflata videtur.

ጸን : ተስፋሆሙ Herm. 2b, qui spem suam abiecerunt (ad constructionem verbalem ቀብጹ : ተስፋሆሙ). At difficile est accusativum obiecti directi ab accusativo restrictionis (§ 123, 8) discernere.

§ 104 Forma ቀቲል (*qătîl*) quae gerundii locum occupans viva in verborum coniugationes penetravit (§ 77), ut in cognatis linguis sic in Aethiopica saepe adiectiva designat ut ሐዲስ novus, ጠቢብ sapiens, ልሂቅ vetus, ርሒብ amplus, ቀዪሕ et ቀይሕ (*qăjĕḥ*, § 18) ruber, ዐቢይ magnus, aeque ac quaedam substantiva ut ዐሚር dies, ኀጺን ferrum. Valde recepta est usu eius a quinqueliteris reduplicatis deductio ut ወረቅሪቅ aureolus, prasinus, ሐዘንዚን tristis, ሐመልሚል viridis alia. Fem. ልህቅት vocis ልሂቅ vetus, ቀይሕት vocis ቀዪሕ ruber, ነኪርት vocis ነኪር alienus. Plurimis autem eorum adiectivorum huius formae singularis illa atque memorabilis proprietas est feminini proprii non formandi, sed pro eo alienae prorsus formae masculinae cum vocali *ā* in ultima inducendae. Itaque ሐዳስ (*ḥădâs*), ጠባብ, ዐባይ pro femininis sunt vocum ሐዲስ, ጠቢብ, ዐቢይ; ቀያሕ praeter ቀይሕት femininum est ad ቀዪሕ; item ነካር praeter ነኪርት fem. ad ነኪር; ረሓብ fem. vocis ርሒብ; ሐመልማል fem. vocis ሐመልሚል. Praeter ልህቅት reperitur ለሀቅት, quod ex § 15 pro ለሃቅት (ut re vera saepe scriptum videmus) ponitur i. e. ለሃቅ exceptione facta instructum terminatione feminina. A voce peregrina

usitatissima ነቢይ propheta fem. descendit ነቢይት, raro ነቢዪት.

Similis est forma vocis እግዚእ dominus, fem. እግዝእት, sed etiam iam እግዚእት.

Segreganda autem ab his pro femininis usurpatis formis ሐዳስ, ጠባብ etc. adjectiva masculina sunt mediae radicalis geminatae et ut constare videtur notionis intensivae (قَتَّالٌ) ut ኀያል (*haijăl*) fortis, ነዳይ pauper, ሠናይ pulcher, ጸጕር pilosus; magis substantiva sunt e. g. ገባር operarius, እጋር pedes; fem. ነዳይት, ሠናይት. Huc quoque referenda dicitur vox መካን sterilis, quae quamquam semper ad femininum pertinet, tamen terminatione feminina caret. **§ 105**

Ad maxime varias illas praeposito *m* in Aethiopica lingua effectas formas primum quidem pertinet forma ምቅታል (*mĕqtăl*), quae in Arabica (مِفْعَالٌ) saepius nomina instrumenti designans in Aethiopica nominibus loci exprimendis inservit. En exempla ምሥራቅ oriens, ምሥያጥ emporium, ምስካብ locus cubandi, cubile, verum etiam ምግባር agendi ratio. A secunda stirpe derivantur ምኵናን tribunal, a causativo-reflex. ምስትስራይ locus expiationis. In radicibus prim. *w* fere semper *ū* literae *m* apponitur ut ሙላድ locus natalis, ሙሓዝ flumen, ሙራድ locus declivis; infrequentes sunt formae quale ምውራድ. **§ 106**

Deinde contrario formae መቅተል et መቅተል, quarum utraque etiam terminatione feminina arcte annexa instruitur መቅተልት et መቅተልት, tamquam in Arabico nomina loci, sic vice versa in Aethiopico sermone praecipue instrumenta significant, denotant autem praeterea etiam abstracta easque voces quae aliorum ordinum sunt. Saepe eas formationes cum participiorum in § 107 recensendis formis confluxisse manifestum sit, cum in Arabica lingua distinguantur et separentur. Nominum igitur formae de quibus disputatur suam quisque longiorem cum accentu efferunt syllabam ut *mắqtăl*, *máqtĕl*, *mắqtălt*, *mắqtĕ́lt* et ob eam rem non *mắrḫō* (መርኆ) sed *mărḫṓ*, non *mắṣḥăf* (መጽሐፍ), sed *măṣḥắf* (§ 16 in fine) pronuntianda sunt. Exempla sunt haec: መስቀል crux, ማዕፀድ falx, መጽሐፍ liber, መክደን tegumentum, ሞፀፍ funda, መርኆ clavis, መስፌ subula sed መርዔ grex; መቃብርት sepulcrum, locus sepulcri, መቅሠፍት castigatio, መርበብት rete, ሞሠርት serra, መጥባሕት culter, ማኅቶት lucerna, መርዒት grex; ማዕፀድ falx; መርፍእ acus, መብልዕ cibus, ሞቅሕ vinculum et mirum quantum alia a radicibus ult. gutt. deducta verba;* መንግሥት regnum, መልዕልት altitudo, መትሕት profunditas. — A radicibus prim. *w* semper

* Haud scio an eae formae originaliter መርፌእ, መብልዕ etc. sonaverint et praesens status ex formis quale መርፍእከ, መብልዑ etc. deductus sit.

ut nonnulla exemplorum super allatorum docent, haec formatio vocali *ō* fit. A radicibus med. *w* tam firmae ut መጸወር quam infirmae ut መጾር feretrum exstant formae; verum etiam antiquissimae inveniuntur formae (respondentes antiquae verborum formationi § 96) ut መባሕት venia, መባእ oblatio መካን locus.

§ 107 Participiorum praeposita litera *m* formatio, in Hebraea, Aramaica, Arabica lingua adhuc solita, etiam in Aethiopica reperitur quamquam non aeque viva et eo discrimine, quod vocalis literae *m* constanter *ă* non ut in Arabica *ŭ* est. Quo fit ut participia nonnullarum stirpium cum nominalibus formis መቅትል et መቅ ትል confluere videantur, quod iam antecedenti paragrapho diximus. Notandum praeterea est, hoc *ă* numquam (ut *ĕ* praeformativorum imperfecti) cum causativi charactere አ vel prosthetico አ causativo-reflexivi aliorumque praeformativorum in *ā* coalescere, sed ut breve semper *ă* (praeterquam ante gutturales ut ማእምር) docet, longe priscas esse illas formas. Vocalis participiis activis propria est *ĕ* (ex *ĭ* ortum), contra passivis raris *ă* in ultima.

A reflexivo praeposito *t* formato haec participia (مُقْتَتِل, מִתְקַטֵּל etc.) in Aethiopica non amplius derivantur, deducuntur autem (cui rei a cognatis linguis alienae in dialectis modo quibusdam Arabibus simile quidquam reperitur) etiam a stirpe prima non aucta.

Exempla participiorum activorum:

	1.		2.	
I.	መንእስ (*mắn'ĕs*)	aetate parvus	መኰንን (*măkŭắnnĕn*)	iudex
	መስፍን	princeps	መፈውስ, (*măfaûwĕs*)	medicus
II.	መድኅን	servator	መሠንይ (*măšănnĕĭ*)	pulchrum faciens
	መጥምቅ	baptista	መለብው (*mălăbbĕŭ*)	instruens
III.	—		—	
IV.	—		—	
V.	—		—	
VI.	—		—	
VII.	መስተስርይ (*măstăsrĕĭ*)	veniam petens	መስተዐግሥ	patiens

	3.	4.	5.
I.	መበዝው (*măbēzĕŭ*) liberator	መናፍቅ (*mănấfĕq*) haereticus	—
II.	—	—	—
III.	—	—	መስያዝዝ rigidum faciens
IV.	—	—	—
V.	—	—	—
VI.	—	—	—
VII.	—	መስተሳልቅ irrisor	

Exempla quadriliteri causativi: መደንግፅ terrens, reflexivum cum *n* መንጐርጐር et መንጐራጐር fremens. — Femin. መገሥጽት (*măgăššĕṣt*) monens, መምህርት magistra, መፍሪት et መፍርይት fertilis, መስተዐግሥት patiens.

Exempla rari participii passivi: ማእመን et frequentius ምእመን (§ 16, not.) fidelis, cui confiditur, መከየድ scabellum (quod conculcatur).

Terminatio *ī* (ِىّ), fem. *īt*, cui semper tonus inest, in Aethiopico sermone non amplius adiectivis relationis sive denominativis a quolibet nomine derivandis inservire potest, imo ad id terminatio amplificata *āwī*, fem. *āwīt*, rarius et minus ad arbitrium etiam *ā*ይ (*āi*; cfr. ـَوِىّ), fem. *ā*ይት, confertur ut ንጉሣዊ regius a voce ንጉሥ, ብርሃናዊ luminosus a ብርሃን, ሥጋዊ carnalis a ሥጋ, ኢትዮጵያዊ Aethiopicus a ኢትዮጵያ, cfr. praeterea § 143. Usus terminationis *ī* nunc fere in duas tantum formas participiales restrictus est. § 108

Nam primum quidem a forma ቀታል deducuntur nomina agentis quorum haec sunt exempla:

	1.		2.	
I.	ጸላኢ*	osor	ሐሳዊ	mendax
	ተካሊ*	hortulanus		
II.	አንባቢ	lector		—
	አውፃኢ	educens		
III.		—		—
IV.	ተመይጢ	se vertens	ተዐጋሢ	patiens
V.		—		—
VI.		—		—
VII.	አስተብቍዒ	deprecator		—

* Media radicalis hic quoque geminata fertur.

	3.	4.	5.
I.	ቤዛዊ liberator	ሣራሪ conditor	ሞቃሒ is qui vincit
II.	—	—	—
III.	—	—	—
IV.	—	ተሳላቂ irrisor	—
V.	—	—	—
VI.	—	—	—
VII.	—	አስተጋባኢ collector አስተላጻቂ coniunctor	

A quadrilitero descendit ደምሳሲ perditor. — A radicibus ult. gutt. derivantur etiam formae quale አብዛኂ augens, አንቃሂ suscitans, አስተጋብኢ colligens.*

Deinde terminatio *î* participiis § 107 expositis et praefixo መ formatis adiungi potest, alia iis notione non tributa, quae tamen forma frequenter non exstat, ut መናዝዚ consolans praeter መናዝዝ, መስተፍሥሒ delectans praeter መስተፍሥሕ. Reperiuntur etiam formae quale መስተስረዪ veniam petens, መጣዊ idololatra, መናዝዚ consolans, quae ut videtur analogiam formarum ተሳላቂ, አስተብቋዒ sequuntur. (Cfr. § 103 not.) — Frequentiores sunt eae formae ut ማሕየዊ vivificans, ማህጉሊ perniciosus, መድኃኒ servans, respondentes hisce ማሕየው, ማህጉል, መድኃን, sed probabiliter non

* Nescio utrum hae formae tantummodo ad Amharicae linguae proportionem effictae sint (cfr. librum meum quod inscribitur: Die amharische Sprache, § 205 d), an forsan vocales cognatarum formarum infra recensendarum መንጽሒ, መብርሂ etc. intervenerint.

ab iis ipsis deductae, id quod dissimiles docent vocales. Ut autem similes sint vocales, fortuito accidit in radicibus ult. gutt., in quibus prout leges de vocalibus exigunt (§ 16, 2) *ĕ* ante *ī* exsistere necesse est ut መንጽሒ purgans pro መንጽሕ, መብርሂ illuminans pro መብረሂ conveniens cum መብርሀ.

† Quas in §§ 107 et 108 recensuimus participiales **§ 109** formae obiectum fere semper, quasi essent nomina regunt, ut ወላዲት : አምላክ deipara. Raro occurit eas ut verba cum obiectis coniuctas esse, quae est ratio in hisce: ቀታልያን : ነፍሰ : ሰብእ Chrest. 66, 6 interfectores animarum humanarum, ubi lectio varia nominum rectionem praebet: ቀታልያነ : ነፍስ : ዘሰብእ, aeque verbalis est rectio in ቀታሊ : ርእሶ qui se ipsum occidit.

Praeter proprium infinitivum (§ 74) insuper magnus formarum nominalium adest numerus notionis **§ 110** vel infinitivorum vel abstractorum substantivorum; sic primum forma ቅትለት substantiva infinitivis similia (rarius concreta), quae paene sine exceptione a prima stirpe non aucta deducuntur, denotat ut ቅትለት (*qĕtlăt*) occisio ipsa, ርጥበት humiditas, ስሕተት error, ፍርሀት timor, ምጽአት adventus (*fĕrhăt, mĕṣ'ăt*!; cfr. pag. 88), ስደት (*sĕddăt*) expulsio, ቀመት figura (ሁከት, ሑረት, ሙቀት; ሚጠት, ሢመት), ሕይወት vita. A radicibus prim. *w* partim firmae nascuntur formae: ውግዘት excommunicatio, ውግረት iactus, ውዴት (*wĕdēt*) et

ውዴት (§ 20 in fine) criminatio, partim infirmae (cfr. גֵּז, שֶׁבֶת, דַּעַת) ግዘት, ርደት descensio, ዕለት dies, ፀአት exitus (*gĕzăt, rĕdăt, 'ĕlăt, ḍă'ăt*) et firmiter annexa terminatione feminina ጥንት initium, ርስት haereditas, ሀብት donum; verisimile est eo referenda esse etiam ልድ genitum (contra ልደት partus, generatio) et ድድ commissura, fundamentum pro ልድት, ድድት (§ 100).

Tum variae a stirpibus relativis deductiones, unde omnes litera *t* incipiunt, enumerandae sunt: a) ተግበር (*tăgbâr*) opus, ተግሣጽ castigatio; b) ትእዛዝ (*tĕ'ĕzâz*) mandatum; c) ትፍሥሕት (*tĕfšĕḥĕt*), rarius ተፍሥሕት gaudium, ትምህርት doctrina. Radices prim. *w* fere semper firmas formas habent: a) ተውላጥ mutatio, ተውሳክ additamentum; c) ትውልድ, rarius ተውልድ genus, ትውክልት fiducia, raro infirmas ትልድ, ትክልት.

Accessione terminationis *â* semper voce premendae abstracta (raro concreta) substantiva praecipue a secunda stirpe, sed ut praesentilinguae statu cernitur, non remotis exceptionibus formantur ut መከራ tentatio (a verbo አመከረ), አበሳ peccatum, ዕክራ miraculum. A radicibus ult. gutt. tales formae fiunt quale ንስሓ poenitentia, ፍግዓ voluptas, ፍሥሓ laetitia, ቍጥዓ ira, forsan propter regulas illas de vocalibus (§ 16, 2) pro ንሰሓ aut ነሰሓ.

Terminatione autem *ē* tono carente multa quae ad

secundam, tertiam, quintam stirpem vel ad quadrilitera pertinent vocalemque *ā* post penultimam radicalem continent abstracta fiunt, e. c. ፍጻሜ completio, ውዳሴ laudatio; ፄዋዌ captivitas; በረከት benedictio, ጉባኤ concilium, ኑዛዜ consolatio, ሡራሬ conditio; ውርዛዌ iuventus. — Sed reperiuntur etiam eae formae ut ኵነኔ iudicium, ዕድሜ tempus constitutum.

Aliae terminationes abstractorum sunt *ī*ት, *ē*ት, *ō*ት, *ā*ት, *ā*ን, ና, quae omnes tonum habent. En exempla: መድኀኒት redemptio, ብሕቱት solitudo (§ 146); ረድኤት auxilium; ጽላሎት umbra; ቅድሳት sanctitas; ብርሃን lumen, ብፅዓን beatitudo; ቅድስና (*qĕdsĕnā*) sanctitas, ልብና mens, ፍድፋድና abundantia, ምስና pernities (quod cum perfecto ማሰነ convenit; § 41). § 111

Nota. Nonnulla formae irregularis nomina adhuc allegentur. Etenim loco regularis ምብዋእ introitus, ምሕዋር iter, cursus reperiuntur etiam ሙባእ, ሙሓር (cfr. ይሁብ pro ይውሁብ, § 99). Praeter ምዕልት dies a radice ወዐለ exstat quoque መዐልት, መዓልት; item ምራቅ sputum a radice ወረቀ. § 112

3. De duali. (§ 113.)

Certa dualis vestigia modo in numerali ክልኤ (§ 135) et in nomine እድ manus cerni possunt, cum እድ ante suffixa fere semper antiquam dualis formam እዴ (at non amplius eius significationem) ostendit, unde እዴየ mea manus, እዴሁ manus eius, praeterea haud raro exstat እዱ. § 113

4. De plurali. (§ 114—120.)

§ 114 Pluralis raro praeposita vocula እለ formatur ut in pronomine እለ ፡ መኑ qui? (§ 34) et እለ ፡ ደርቡሕ a voce ደርቡሕ gigas. Convenit igitur Arabum pluralis formatio praepositis verbis ذَوُو, ذَوات, آل ut ذَوُو سِيبَوَيْهِ Sibawaihii (plur. nom. prop. Sibawaihi).

§ 115 Solita pluralis effictio ut in Arabica lingua aut terminationibus affixis aut diversis in voce mutationibus efficitur, quae „plurales fracti" nominantur.

Feminina terminatio pluralis *ā*ት (ـَاتٌ, ות), masculina *ā*ን sonat (quod forsitan eadem sit ac syllaba terminans *ān* pluralium fractorum ut إِخْوَانٌ, فُرْسَانٌ). Utraque semper tonum habet. — Syllaba *āt* multo saepius adhibetur quam *ā*ን cum ut in Hebraica ita in Aethiopica lingua haud pauca substantiva, quae personas masculinas designant, terminationem tamen femininam pluralis assumant ut ካህናት sacerdotes, ጳጳሳት metropolitae, ነቢያት prophetae, alia a vocibus ካህን, ጳጳስ, ነቢይ. Dicitur tamen etiam ቀሲሳን presbyteri a ቀሲስ, ሊቃን seniores a ሊቅ. Porro cum in cognatis linguis nonnumquam accidit, ut substantiva res inanimatas vel abstracta denotantia, quamquam in singulari terminationibus carent femininis, tamen instruantur terminationibus pluralis femininis, in Aethiopica lingua

in talibus substantivis praevalet terminatio pluralis *ā*ት ut ደካማት passiones, ከርሣት ventres, ትእዛዛት mandata, ነፍሳት animae, ገጻት facies, መካናት loca, ምሕዋራት itinera a singularibus ደካም, ከርሥ, ትእዛዝ, ነፍስ, ገጽ, መካን, ምሕዋር et quae sunt alia.

De terminationis *ā*ት accessione praeter alia haec **§ 116** fere observanda sunt. Nam cum in cognatis linguis, paucis cum exceptionibus (ut קְשָׁתוֹת a קֶשֶׁת), terminatio pluralis feminina in locum femininae singularis substituatur, in Aethiopica terminatio pluralis feminina in substantivis ad singularis femininam terminationem addi solet; hinc dicitur: ትእምርታት, non ትእምራት, a voce ትእምርት signum; item ዓመታት anni, ዕለታት dies, መቅሠፍታት castigationes, ምሴታት vesperae a singularibus ዓመት, ዕለት, መቅሠፍት, ምሴት et aliis. Rarior autem originalis accessionis modus est, verbi causa: ዐዘቃት praeter ዐዘቅታት a ዐዘቅት puteus, ጸሀራት praeter ጸሀርታት a ጸሀርት lebes.

Cum vocum exitu *ā* syllaba *ā*ት coalescit in *ā* ት, ut ደመናት nubes a singulari ደመና, ex verborum fine *ē* producitur ad evitandum hiatum *j* ut in ምሳሌያት parabolae, ጽጌያት flores, ዕሴያት praemia a singularibus ምሳሌ, ጽጌ, ዕሴት. Ceteris autem in nominibus raro, sed frequenter in nominibus formae ምሳሌ (§ 110 in fine) contractae apparent formae ut ምሳልያት (haud scio an hoc sit quia *ē* non radicale sit neque in sin-

gulari accentu instructum). Eae formae quale ጽጌያት flores, ፍሬያት fructus non frequentes sunt; ደሰያት insulae descendit a ደሴት, ደሰይት. — Exemplum nominis vocali *ō* terminati est: ግልፎ sculptile, plur. ግልፎዎት Kebra Nag. cap. 28, 3, ግልፍዋት et ግልፈዋት. A ሰገኖ struthiocamelus formatur ሰገኖታት.

ሕልቀት annulus praeter ሕልቀታት antiquiore quoque modo pluralem fingit ሕለቃት, aeque ac ከልብ canis: ከለባት. De vocalium abundantia in plurali cfr. מֶלֶךְ, מַלְכֵי, sed מְלָכוֹת, מַלְכוֹת.

§ 117 Tantummodo in adiectivis, participiis iisque nominibus quorum in singulari tam masculinum quam femininum usu recepta sunt, in plurali terminatio feminina *ā*ት stricte opposita est masculinae *ā*ን, ubi originalis quoque modus affigendae terminationis femininae pluralis loco terminationis singularis femininae constanter conservatur. Exempla sunt haec:

	fem.	plur. masc.	fem.
ካልእ secundus	ካልእት;	ካልኣን	ካልኣት (non ካልእ[ታት])
ክቡር reverendus	ክብርት;	ክቡራን	ክቡራት
መምህር magister	መምህርት;	መምህራን	መምህራት
መንፈሳዊ spiritualis	መንፈሳዊት;	መንፈሳውያን	መንፈሳውያት (§ 19)

Sed a ንግሥት regina pluralis fit ንግሥታት, non ንጉሣት.

Adiectiva in § 104 allata formae ቀቲል, fem. ቀታል pluralem femininum tam a masculino quam feminino singulari faciunt ut:

Plur. masc. ሐዲሳን novi, fem. ሐዲሳት et ሐዳሳት,
" " ጠቢባን sapientes, " ጠቢባት et ጠባባት,

Numerus diversarum pluralis fracti formarum quae sunt in Aethiopica lingua, multo minor est quam quae in Arabica exstant, quod non obstat, quin ab uno atque eodem nomine complures fracti plurales, interdum etiam insuper pluralis sanus fiant. Pluralis fracti formae sunt haec: § 118

1) *qĕtăl* (فِعَل); e. c. እዘን aures, ክነፍ alae, ሥረው radices a singularibus እዝን, ክንፍ, ሥርው. Nec non አኀው (pro አኅው secundum § 16, 3) fratres ad እኁ pertinet. Nonnulla quae in singulari vocalem *ĕ* duasque habent radicales, hanc formam imitantur accepta in plurali tertia radicali *w*: እደው manus, ዕደው viri, ዕፀው arbores a እድ, ዕድ, ዕፅ.

2) *qătăl*. Nomina in singulari aeque biradicalia, sed vocali *ă* instructa አፍ os, አብ pater pluralem efficiunt አፈው et አበው.

3) *qătălt* (فَعَلَة) saepissime usitatum est; ut ቀደምት primi, ሐረስት agricolae a ቀዳማዊ, ሐራሲ; ኖሎት pastores pro ኖለውት a ኖላዊ; ጠበብት sapientes, ዐበይት magni a ጠቢብ, ዐቢይ; ነገሥት reges ad singularem ንጉሥ pertinet. Quae hunc pluralem fractum accipiunt nomina praeterea saepissime exhibent pluralem sanum.

4) *qĕtāl* (فِعَال) raro; ቈያጽ crura, ፍናው viae a ቍይጽ, ፍኖት.

5) *qĕtûl* (فُعُول) cernitur in usitatissima voce ውሉድ liberi, filii a singulari ወልድ.

6) *ăqtĕl* (أَفْعُل; an forsan أَفْعِل?); e. c. አውግር colles, አብቅል muli, አቈጽል folia a ወግር, በቅል, ቈጽል. Sed አሕርው (*ăḥrĕû*, § 12 in fine) sues a ሐራውያ.

7) *ăqtĕlt* (أَفْعِلَة) crebro usurpatur ut አርእስት capita, አግብርት servi, አልህምት boves a ርእስ, ገብር, ላህም.

8) *ăqtâl* (أَفْعَال) frequentius in usu est quam antecedens ut አእዛን aures, አክናፍ alae, አሥራው radices a እዝን, ክንፍ, ሥርው; cfr. N° 1. Nec minus እድ manus, ዕፀ arbor praeter supra memoratum እደው, ዕፀው adhuc አእዳው, አዕፃው formant (Jean de Nikiou pass.); formatio congruens infirma (§ 20, 2 artic.) in አሕጻ sagittae inesse videtur. Alia exempla sunt: አሕዛብ populi, አድባር montes, አብያት domus a ሕዝብ, ደብር, ቤት.

Nota. Compluria in singulari biradicalia nomina in plurali infirmae formationi adiciunt *t* scil. አስማት nomina, አጥባት mammae, አሕጻት sagittae (praeter አሕጻ) a ስም, ጥብ, ሐጽ. — Quaeritur autem, utrum in አጽባእት bella a singulari ጸብእ eadem it ratio an id ex § 16 in fine pro አጽብአት positum sit.

9) *ăqtûl* (quod nisi in dialecto quadam Arabica non occurit); velut አህጉር urbes, አዕጹቅ surculi a ሀገር, ዕጹቅ; አእሩግ senes ad አረጋዊ referendum est. Plurale tantum est አይሁድ Judaei, de quo deinde vox singulari exprimendo serviens አይሁዳዊ (§ 108) deducta est.

10) *măqâtĕl, qătáwĕl* et quae sunt alia (مَفَاعِل, فَعَائِل et alia) eiusdem formae commutationes sunt, quae in Aethiopico quoque sermone ad pluralem fractum a singulari quatuor (vel plurium) consonantium vel longarum vocalium effingendum usurpari solent. Sic res se habet in hisce verbis: ደናግል virgines, አናቅጽ portae, ተኣምር signa, መዋዕል dies, መኃትው (*măḫātĕŭ*) lucernae; ከዋክሕ rupes; ኀጣውእ peccata, ገራውህ campi; ጸዋትው (*ṣăwātĕŭ*) ordines, series a singularibus ድንግል, አንቀጽ, ትእምርት, ምዕልት, ማኅቶት; ኰኵሕ (forma primaria ኮክሕ?); ኀጢአት, ገራህት; ጸታ. Pro *qătāwĕl* interdum etiam formatur *qătājĕl*, sic ኀጣይእ praeter ኀጣውእ. Raro haec pluralis forma a singularibus trium consonantium breviumque vocalium derivata reperitur ut አባግዕ oves, አዋልይ filiae (= አዋልይት?) a በግዕ, ወለት; sine dubio hic aliqua ex formis in numeris 6—9 memoratis intercessit, ut proprie duplex exstet pluralis. (Cfr. أَرَاضٍ plur. vocis أَرْضٌ). Aliquando ad pluralis formam singularis momentum habet, quare dicitur ከሳውድ (praeter ከሳውድ) et ቅናውት a ክሳድ collum, ቅናት cingulum; aeque ac ቀናዲል a peregrina voce ቀንዲል lucerna; verisimile huc referrendum esse አጣሊ (pro አጣልይ) a singulari ጠሊ capra.

11. *măqātĕlt, qătāwĕlt,* similia (مَفَاعِلَة; sed in Arabico sermone non magnopere in consuetudinem venit) paribus occasionibus ac supra memorata forma fit et

quam illa vel frequentior est. En exempla: ዐናብስት leones, አማልክት dii, መሳፍንት principes; ከዋክብት stellae; ቀሳውስት presbyteri, በሓውርት terrae; አራዊት bestiae a singularibus ዐንበሳ, አምላክ, መስፍን; ኮከብ; ቀሲስ, ብሔር; አርዌ. *Qătājĕlt:* ውሓይዝት flumina a ውሒዝ. አባግዕት (praeter አባግዕ, vide Nº 10) oves a በግዕ.

Annotatio. Vocis እግዚእ dominus pluralis sonat per metathesin እጋእዝት et etiam እጋእስት litera sibilanti partim literae *t* assimilata. E contrario pluralis ad 10 pertinens ኅብውዝ panes propriam sibilantem literam affert, cum in singulari ኅብስት ea partim literae *t* assimilata sit.

§ 119 Creberrime fit, ut Aethiopicus sermo in uno atque eodem verbo varios pluralis designandi modos accumulet et id quidem sic, ut terminatio pluralis sani affigatur plurali fracto; velut ነገሥታት reges a ነገሥት, plurali vocis ንጉሥ; መዋዕላት dies a መዋዕል, plurali vocis ምዐልት; መቃብራት sepulcra a መቃብር, plurali vocis መቅበርት. Alio modo illa raro fit accumulatio; ceterum in tales res quasdam iam in § 118, 10 data occassione delegavimus. Porro formatur a ሊቅ (ex ልሂቅ) senior primum pluralis sanus ሊቃን, a quo et sanus secundus (§ 115) ሊቃናት, et fractus ሊቃውንት deducuntur.

§ 120 In construendis pluralibus ante omnia respiciendum est primum, quod iam in singularibus cognoscere licet (§ 101), genus ad libitum accipi, tum id accedere, ut pa-



riter sine ulla de numero* lege substantiva in plurali posita ad se et attributa singularia referre possint et praedicata et suffixa, cuius rei haec sunt exempla ፪ ዕፀ ዋት ፡ ዐቢያን duae magnae arbores; deinde ጠባይዓት ፡ እንተ ፡ ውስቴቶ ፡ ይከውኑ ፡ ሠናይ Fal. ṭab. 47, 24 indoles, quae ei insunt, pulchrae sunt, ubi ad pluralem femin. ጠባይዓት primum relativ. singul. fem. እንተ, tum plural. masculinus ይከውኑ, denique sing. masc. ሠናይ attinet. Tum e. c. ትምህርታት ፡ ማሕየዊት praecepta vivificantia, ዝንቱ ፡ አስማት haec nomina, እንበለ ፡ ይቆ ም ፡ ፍናዊሁ priusquam viae eius constiterunt. Repertum quoque habemus substantivum in singularis forma remanere, cum, ut attributorum praedicatorumque pluralis docet, in plurali positum putandum sit ut ኅዳጥ ፡ እማንቱ (Var. manusc. Berol. ኅዳጣን ፡ እሙንቱ) ፡ እ ባለ ፡ ጸሎት Chrest. 59, 2 paulum autem sunt haec orationes ubi exspectaveris ጸሎታት, ዝኩ ፡ በለስ (Var. በለሳት) ፡ ሐዲሳት Chrest. 5, 12 illas recentes ficos; paululum alia ratio est, quando substantivum collectivum est ut saepissime dicatur ሕዝብ ፡ ብዙኃን multi homines (populus), ፀር ፡ ተገምረ hostis ad interitum redactus est. —

Postremo observandum est pluralem vocis ብእሲ vir,

* Hic quoque ad similia in Arabica lingua reici poterat (cfr. § 101 annot.), sed comparatio ne hic quidem esset satis concinna.

ብእሲት femina, ሰብእ et አንስት, አንስቲያ (et hoc quidem praecipue ante suffixa) usurpari.

5. De flexione. (§ 121—125.)

§ 121 Nomina Aethiopica, quatenus nunc saltem consonantibus terminantur, antea in nominativo et genetivo in breves vocales casum denotantes ceciderunt, fortasse ut Arabica in *ŭ* et *ĭ*, quorum reliquiae nunc ante suffixa vocalis *ĕ* apparet, vide § 128.

§ 122 In accusativo terminans vocalis casus *ă* retineri potuit, ut omnes quae in nominativo consonantibus terminantur formae singularis atque pluralis (nec minus terminatio pluralis sani masculini) in accusativo *ă* accipiant; e. c. ኍልቈ, ንግሥተ, ክቡራነ, ክቡራተ, ነገሥተ, ደናግለ, መራዕየ accusativi vocum ኍልቍ numerus, ንግሥት regina, ክቡራን et ክቡራት honorati et honoratae, ነገሥት reges, ደናግል virgines, መራዕይ greges.

† Cum vocalis *ă* accusativi sine accentu sit, verborum tonus tantum eo mutatur, quod data conditione ab antepenultima ad penultimam oportet eum promoveri; modo si penultima vocalem *ĕ* in aperta quam gutturalis non sequitur syllaba amplectitur, antepenultima tonum retinet. Unde dicitur: ድንግለ *dĕ́ngĕlă*, ደናግለ *dănā́gĕlă* (sed መራዕየ *mărāʿĕ́jă* quia iam nominativus sonat መራዕይ *mărāʿĕ́ĭ*); contra መንበረ *mănbắră* acc. vocis

መንበር *mănbăr*, item አባገዐ *ăbāgĕʿă* a nominativo አባገዕ *ăbāgĕʿ*.

Ex nominibus terminatis vocalibus ea quae in *ī* cadunt peculiarem accusativi formam habent, cum *ē* pro *ī* proferant ut ፈጣሬ, ኖላዌ, ጠሌ, ብእሴ, accusativi verborum ፈጣሪ creator, ኖላዊ pastor, ጠሊ agnus, ብእሲ vir. At quaeritur num hoc *ē* ex *īă* ortum sit. — Quamquam *ī* voce premitur, *ē* (nescio an semper?) accentu caret.

ከንቱ, cuius *ū* sane ex pronominibus factum videtur, accusativum effingit ከንቶ. — Omnia nomina aliter terminata ut አርዌ bestia, ግልፎ sculptile, ንስሓ poenitentia peculiarem non possunt formare accusativum.

Pari modo nomina propria praecipue personarum aut indeclinabilia sunt aut affixo ሃ (cui accentus imponitur) accusativum formant, ut ይስሐቅሃ Isaacum, ቤተ ፡ ልሔምሃ Betlehem, እግዚአብሔርሃ Deum. Praeterquam in nominibus propriis hoc accusativum designans ሃ raro veninitur, ut in መኑሃ quem?, ubi ergo dupliciter accusativus notatur (§ 34). Multa nomina propria locorum solitam accusativi terminationem proferunt, ut ዮርዳኖስ ፡ ዖደ Jordanum circumivit.

Nonnulli praecipue notabiles et qui saepe inveniuntur modi usurpationis accusativi hic exemplis breviter obumbrentur atque illustrentur. Accusativus enim esse potest: 1) Obiectum absolutum ብርከ ፡ አብርከከ pro- § 123

fecto tibi benedicam, ዘበጥዎ፡ ዝብጠተ፡ ዐቢየ percusserunt cum vehementer. 2) Accusativus loci መጽአ፡ ኀበ፡ ሕዝቅያስ፡ ኢየሩሳሌም venit ad Hiskiam Hierosolymam, ፈነዎሙ፡ ቤተልሔምሃ misit eos Betlehem, ሤጥዎ፡ ብሔረ፡ ግብጽ vendiderunt eum in terram Aegypti (itaque non solum post verba movendi in usu est), ትነብር፡ ሐይቀ commoratur ea in litore. 3) Accusativus temporis ቆሙ፡ ኵሎ፡ ሌሊተ constiterunt per totam noctem. 4) Accusativus mensurae ዐሥርተ፡ ወኀምስተ፡ እመተ፡ ተለዐለ quindecim cubitos altus erat. 5) Grammaticum subiectum passivo-reflexivi non raro in accusativo positum est e. g. ተኀደገ፡ ሎቱ፡ ርስተ Herm. 19[a], 7 ei haereditas relicta est, ተሰምየ፡ ስሙ፡ ላዕሌከ Deut. 28, 10 nomen eius super te vocatum est, ከመ፡ ይትሐነጽ፡ ቤተ (lect. var. ቤት)፡ ሊተ 3 Reg. 8, 16 ut aedificetur mihi domus, ኵሉ፡ ንዋየ፡ ዘተውህበ፡ ሎቱ Can. Ap. 19, 6 cui omnis possessio tradita est.

6) Passivo-reflexiva, quae in activo duos accusativos assumunt, alterum plerumque retinent ut ተሰመይከ፡ ናግራንሃ ZDMG. 35, 51 nominatus es Nagran, sed ተሰምየ፡ ረድኤ፡ ለቅዱስ፡ እንጦንዮስ Chrest. 29, 26 adiutor sancti Antonii appellatus est.

7) Verba et esse et fieri denotantia, praecipue ኮነ, ut in Arabica lingua praedicatum plurimum in accusativo accipiunt, ut ኢኮንኩ፡ ኪያሁ ego non sum is, ሀሌ

ዎ : እምላክኒ cum deus quoque est. Interdum, quamquam haud recte, ut videtur, etiam subiectum in accusativo ponitur. 8) Accusativus denique restrictionem significat, ሥቡሓን : ሥጋሆሙ pingues carne sua. — Praeterea conferre iuvabit § 77. 79. 145. 148. 149. 160. 161.

Vocativus in paucis quibusdam vocibus adiecta vocali ō fit; sic inprimis እግዚኦ o domine!, ብእሲቶ o femina! Praeter እሞ o mater! invenitur etiam እሙ. De vocativo exprimendo insuper conferas § 130 et 168. Solito autem, cum vocativus peculiari quadam vacet notatione, simpliciter dicitur e. g. ዕዝራ o Esra!, ፍቁራንየ o amati mei!. § 124

Status constructi nominalis forma, qua, quando aliud nomen (genitivum significans), pronomen, adverbium, quin etiam verbum ab illo ipso directe regitur, Aethiopes utuntur, mirum in modum penitus accusativum aequat, ita ut usum eius formae, quae nunc communis est status constructi, ab illa forma, quae antea specialem accusativi statum constructum notasset, profectum esse facile conici posse videatur. Itaque omnes formae, quas in § 122 accusativos enumeravimus, simul status constructi vice funguntur, exceptis iis quae affixo የ fiunt (ይስሐቅየ, ቤተ : ልሔምየ); vocis ከንቱ status constructus inveniri non potest. Quoad formam status constructi nihil refert, num nomen in eo positum nomi- § 125

nativi sensum habeat an genitivi an accusativi. Unde dicitur: ኍልቈ፡ ዕለታት numerus dierum, መራዕየ፡ ኖላዌ፡ ንግሥት፡ አዜብ greges pastoris reginae meridiei, ንጉሠ፡ ነገሥት rex regum, ክቡራነ፡ ንጉሥ proceres regis etc. እግዚአብሔር solitum dei nomen designat dominum terrae. Ea nomina, quae accusativi propria forma non utuntur, ne constructum quidem statum proprio modo exhibent, e. c. ንስሓ፡ ብእሲ poenitentia viri, ገጸ፡ ጣዖት imago idoli et alia.

Statum constructum proxime antecedere eam quae ab eo dependet vocem necesse est, quamquam fieri posse videtur, ut breves voculae encliticae statum constructum a voce dependenti dirimant, vel si ratione genitivi proprio sensu ea verba inter se coniunguntur; certe tales, immo multo graviores inveniuntur distractiones, si status constructi regentis significatio ad coniunctionis vim accedit, ut መጠነ፡ አሕሠመ Ps. 73, 4 eo autem modo quo iniurias intulit; nec desunt in praepositionibus passim leves diremtiones. Minime autem licet aut certe rarissime exstat neque reperitur nisi in sermone poetico complures status constructos coordinatione inter se connecti aut statum constructum post dependentem vocem poni. — Peculiares quaedam eius usurpationes his fere exemplis cerni possunt: ሀገረ፡ ኢየሩሳሌም urbs Jerusalem, ሰይፈ፡ እሳት gladius igneus, ሠለስቱ፡ መሥፈርት፡ ሰገም tres modii hordei

(ubi rara appositio est); ርቱዐ፡ ሃይማኖት rectus fide, orthodoxus, ብዙኃ፡ ምሕረት multus misericordia; ቀትለ፡ ቀዲሙ pugna prioris temporis, prior pugna; ማየ፡ ጥዑም = ማይ፡ ጥዑም aqua dulcis (cfr. § 25 ዐበየ፡ ዘእሁ); ሳብዕት፡ እዴ septima pars; መዋዕለ፡ ነግሠ፡ ዳዊት dies, quibus David regnavit, ልማደ፡ ይበልዑ፡ ኅቡረ mos coniunctim edendi. — Interdum status constructi cum sequenti voce dependenti denotatio ad compositionem accedere coepit, ut ኅቡረ፡ ካህንየ non interpreteris socius sacerdotis mei, sed collega sacerdos meus. Imprimis notandum est ቤት፡ ክርስቲያን ecclesia, proprie domus Christianorum, plur. አብያት፡ ክርስቲያን, ቤት፡ ክርስቲያናት, አብያት፡ ክርስቲያናት.

6. De nomine pronominum suffixis instructo.

(§ 126—129.)

In originali forma, de qua cfr. § 22, suffixa ad omnia vocalibus *ā ē ō* terminata nomina adeunt, ut a ንስሓ poenitentia, አርዌ bestia, ገልፎ imago fiat: ንስሓሁ (*nĕsḥāhū*) poen. sua, አርዌሆሙ (*ărwēhômū*) bestia eorum, ገልፎየ (*gĕlfŏjă*) imago mea. §126

Quando suffixa ad nomina in nominativo vocali *ī*, in accusutivo vocali *ē* terminata, quibus pariter adiunguntur eorum originales formae, accedunt, de illorum nominum forma primum ratio habenda est paragraphi 18, ex qua e. c. pro ፈጣሪየ creator meus dixeris ፈጣርየ §127

(*fățārĕjă*); tum id singulare est ea nomina, quia, cum suffixis instructa sunt, mirum in modum ab accusativi formatione abhorrent, nominativi formam in *ī* desinentem pro accusativo quoque retinere; e. c. ኀደግነ ፡ ፈጣሪነ Phys. 5, 12 deseruimus creatorem nostrum, ኢየ አምሩ ፡ ቀታሊሁ Deut. 21, 1 interfectorem eius non cognoverunt, lect. var. ቀታሌሁ. Quae proprietas eo nititur, quod haec terminatio singularis *ī*, quae declinari potest, et terminatio pluralis *ī*, quae inflecti nequit et de quo infra § 129 agetur, permixtae sunt.

§ 128 Ea nomina singularia quae in nominativo (et genitivo) nunc in consonantem finiunt, ante suffixa antiquae casuum terminationis reliquias *ĕ* ostendunt, ut ንጉሥየ (*nĕgūšĕjă*) rex meus; itaque dicitur አምላክከ (*ămlākĕkă*) deus tuus ab አምላክ, non አምላከ, et ኪዳንነ (*kīdānĕnă*) foedus nostrum a ኪዳን, non ኪዳነ. Sed ex *ĕ*ሁ, *ĕ*ሃ, *ĕ*ሆሙ, *ĕ*ሆን fit *ú*, *á*, *ómū*, *ón*; e. c. ንጉሡ rex eius, ንጉሣ rex eius (fem.), plur. ንጉሦሙ, ንጉሦን. Quae vero nomina in *ŭĕ* desinunt, aliquando literam *h* suffixorum retinent, ut ሰርጐሃ praeter ሰርጓ ornatus eius (fem.) a ሰርጐ.

Accusativi terminatio *ă*, cum in Aethiopica aeque ac in Arabica lingua ante suffixum 1. pers. sing. non appareat, e. c. ንጉሥየ (*nĕgūšĕjă*) tam rex meus quam regem meum verti potest (cfr. كتابي liber meus, quod pariter pro accusativo est); e contrario autem

dicitur ንጉሥከ (*nĕgūšákă*), ንጉሥኪ, ንጉሡ, ንጉሥክሙ, ንጉሥክን. At ex *ă*ሁ, *ă*ሃ, *ă*ሆሙ, *ă*ሆን pari ratione atque in verbo (§ 81) nascitur *ó*, *á*, *ó*ሙ, *ó*ን, ut ንጉሦ regem eius, ንጉሣ regem eius (fem.), plur. ንጉሦሙ, ንጉሦን.

Pluralia ad nomina, sive sunt plurales sani sive fracti, suffixa affiguntur interposita *ī*, quae omnibus in casibus inflexibilis est et in qua pluralis terminatio in Aethiopica lingua obsoleta cognosci posse videatur (cfr. ים., ין.; مُسْلِمِيَّ, مُسْلِمِيكَ a مُسْلِمِينَ). De hoc *ī* respicere iuvabit §§ 17 et 18. Sic res se habet e. c. in his: ከቡራቲኪ et ከቡራኒኪ (*kĕbūrānĕkī*) proceres tui (fem.), ከቡራቲየ et ከቡራኒየ proceres mei, መራዕዪሁ et መራዕይሁ greges eius; alia huiusmodi sunt: ንግሥታቲነ reginae nostrae, ነገሥቲሆሙ reges eorum, ከዋክብቲሁ stellae eius, አበዊሃ (*ăbăwīhá*) patres eius (fem.), quae omnia et nominativi (ġenit.) esse possunt et accusativi. § 129

Hoc *ī* ante suffixa originaliter ad nomina pluralia modo pertinens iam aliquando singularia et praecipue recipiunt ea, quorum formae quovis modo pluralibus similes sunt, ut ጥበቢሁ sapientia eius, ስብሐቲሁ laus eius etc. Contra etiam ad pluralia nomina sine *ī* accedere singularium ritu suffixa non ita inauditum est.

† Nomina, simulatque iis suffixa adiunguntur, easdem fere atque in verbo subeunt accentuum commutationes, cum tam suffixa dissyllaba *hômū* (*ómū*), *kĕmmū*,

porro ሆን, ክን, ሁ, ሃ in nomine quoque accentum ad se attrahant, quam suffixa የ, ኒ, ከ, ኪ data occasione tonum in (novam) penultimam promoveant. Eximenda autem sunt tantum suffixa *ón*, *ú*, *ó*, *á*, quae ea re a verbo discrepant, quod, quoniam ea numquam in nominibus, quod interdum in verbis fit, unius loco, sed semper duarum esse constat originalium syllabarum, in nominibus tonum semper in se retinent.

7. De nominibus irregularibus.

(§ 130 et 131.)

§ 130 Antiquissima illa Semitica verba አብ pater, ሐም affinis, አፍ os, etsi iam statum constructum regulatim formant, ut አበ፡ ኵሉ pater nostrum omnium, አፈ፡ ወርቅ os aureum, Chrysostomus (et pariter accusativus sonat), verumtamen ante suffixa in Aethiopica quoque lingua proprietas ista adhuc cernitur, quae in cognatis linguis etiam statui constructo adhaeret, illa videlicet nomina nominativum formis አቡ, ሐሙ, አፉ fingere, accusativum formis አባ, ሐማ, አፋ. Itaque sonat e. c. nom. አቡየ, አቡከ, አቡኪ, አቡሁ, አቡሃ; አቡነ, አቡክሙ, አቡክን, አቡሆሙ, አቡሆን, acc. አባየ, አባከ, አባኪ, አባሁ, አባሃ; አባነ etc. Raro suffixa secundum § 128 assumuntur. Formae autem nominativi cum *ū* horum nominum haud raro pro accusativi formis cum *ā* usurpantur.

አብ proprium vocativum habet: አባ.

Simili modo vocis antiquissimae Semiticae fratrem denotantis ante suffixa sonat nominativus እኁ (ex § 16, 2 pro أَخُو), ut እኁየ, እኁከ, እኁኪ etc., quae formae hic quoque non infrequenter accusativi vices gerunt. Hoc igitur *ū*, cui in nominativo ante suffixa tribuenda est copia, protulit in totum verbum vocalem *ŭ* literae ኍ inhaerentem (§ 11), ut primum in accusativo ante suffixa pro originali አኃ (أَخَا) dicatur እኋ velut እኋከ fratrem tuum, እኋሆሙ fratrem eorum, tum nominativus suffixis vacuus እኍ, status constructus et accusativus suffixis carens እኈ sonent. — Aliquando etiam loco huius *ŭ* inhaerentis reperitur *w*, unde nom. እኄው, stat. constr. et acc. እኄወ, cum suffixis accusativus እኄዋከ, እኄዋሁ etc., raro እኄወከ, prorsus ex § 128. Forsan initio merae variae scripturae huius rei causae fuerunt, ad quas fieri potuit ut scriptio formarum pluralium አኀው commovisset; nunc certe ambae formae pronuntiatione quoque separantur: እኍ *ĕḫŭĕ*, እኄው *ĕḫĕŭ*; እኈ *ĕḫŭă*, እኄወ *ĕḫĕwă*. § 131

Sequens tabula quatuor nominum expositorum repraesentabit irregularitates:

Nominat.	Stat. constr.	accus.	Nom. cum suff.	accus. cum suff.
አቡ	አበ	አበ	አቡከ	አባከ
ሐሙ	ሐመ	ሐመ	ሐሙከ	ሐማከ
አፉ	አፈ	አፈ	አፉከ	አፋከ
{እኍ	{እኈ	{እኈ	እኁከ	{እኋከ
{እኄው	{እኄወ	{እኄወ		{እኄዋከ, እኄወከ.

Femin. vocis እኁ est እኅት soror = أُخْتٌ, plur. አኃት; contra ad ሐም pertinet ሐማት affinis (fem.) = حَمَاةٌ, חָמוֹת.

De እድ manus cfr. § 113.

8. De genitivi et accusativi circumlocutione.
(§ 132—134.)

§ 132 A nomine, pronomine, adverbio genitivus fieri potest praepositis relativis ዘ, እንተ, እለ (cfr. imprimis Aramaicum exprimendi genitivi per דִּי, ד modum), quae prout genus nominis regentis numerusque exigunt, magnopere tamen praevalente usu relativi ዘ (cfr. § 32 a. in.) eliguntur. Nomen regens in statu constructo non esse debet, et cum talis genitivi quoad nomen plane libera sit positio, hunc modum praecipue tunc usitatum videmus, cum aut aliquod obstat, quin genitivus proxime sequatur statum constructum, aut omnino status constructus formari non potest. Sic in his: ኣልባሲሁ : ዘዓለም vestes eius saeculares, ኃጢአትነ : ወዘሕዝብ nostrum populique peccatum, ጸሎተ : አሐደ : ዘመዓልት unam orationem diurnam, ዕለት : ዐባይ : እንተ : ኵነኔ magna dies iudicii, ዘሌሊት : ፫ጸሎታት tres orationes nocturnae, ቤተ : ልሔም : ዘይሁዳ Betlehem Judae, እልክቱ : እጐልት : እለ : ወርቅ illi vituli aurei. Si vero ad absolutos genitivos faciendos iste adhibetur modus, usu relativi ዘ minus repri-

muntur እንተ et እለ; ut ዘንጋሢ id imperatoris, እለ፡ ለምጽ illi (homines) leprae, leprosi, እለ፡ ዕዝራ ii (homines, socii) Esrae (quod separandum est a § 114).

ዘ genitivum denotans distributivice duplicatur velut: ወዘዘ፡ ፳ወ፬ማኅበር፡ ይኩኑ Chrest. 58, 5 et esse debent singuli singularum de vigintiquatuor congregationibus.

Praepositio ለ haud frequentissime simpliciter genitivo exprimendo inservit, e. c. ከመ፡ ትኩኑ፡ ውሉደ፡ ለአቡክሙ ut liberi patris vestri fiatis, et nonnumquam appositionem genitivi inducit, ut ስብሐት፡ እልክቱ፡ ለዘበ፡ ቀዳማዊ፡ ሰማይ Asc. Jes. 7, 20 gloria ilorum qui in primo coelo, ኀይለ፡ አጋንንት፡ ለእለ፡ ይትቃረኑነ Taufb. 13, 1 vis daemonum qui resistunt nobis. Si porro adiecto per praepositionem ለ ad suffixum pronominale additamento, quod mirum quantum accidit, illud ለ cum voce dependenti ut fere fit id suffixum (directe vel indirecte) insequitur, determinatam modo putari hanc dependentem vocem necesse est, ut hoc modo in genitivo nominis usitatissima articuli determinantis qui deest comparetur compensatio. Hinc dicitur ምሕረቱ፡ ለእግዚአብሔር misericordia dei (acc. ምሕረቶ፡ ለእ''), ምሥዋዖ፡ ለበዓል፡ ዘአቡከ Baalis aram patris tui, ሰላሞሙ፡ ርእየ፡ ለዐማፅያን Ps. 72, 3 pacem videns maleficorum, ጸሎትየ፡ ለገብርከ 3. Reg. 8, 28 § 133

oratio mea, servi tui. Tamen etiamsi ለ cum voce dependenti praepositum est suffixo, haec constructio solummodo in genitivis qui determinati habendi sunt, usu recepta videtur, e. c. ለኀጢአትየ ፡ እምጽንዐ ፡ ጕንዱ Chrest. 120, 53 a fortitudine stirpis peccati mei. — His occasionibus ut ምግባረ ፡ እሉ ፡ ሕርቱማን ፡ ወለእለ ፡ ከማሆሙ ፡ ካልኣን Chrest. 65, 4 facta horum miserorum aliorumque qui ut ii sunt, ልቡ ፡ ወለዐበይቲሁ Ex. 10, 1 cor eius et cor quoque procerum eius ante ለ" ex praecedentibus verba ምግባሮሙ sive ልቦሙ supplenda sunt.

Simili modo genitivus a praepositione dependens circumscribitur velut እምቅድሜሆሙ ፡ ለእልክቱ ፡ እጕልት ab illis vitulis, እምውስቴትክሙ ፡ ለኵሉ a vobis omnibus, እምኔሆሙ ፡ ለእለ ፡ ንጹሐ ፡ ሕይወተ ፡ ሐይዉ ab iis qui vitam puram vixerunt, ሎሙ ፡ ለድውያን aegrotis, ቤተ ፡ ለርብቃ apud Rebecca. Raro hac occasione repetitae praepositiones inveniuntur e. c. ይትፌሣሕ ፡ በቱ ፡ በንጽሕናሁ Gad. Ad. 96, 1 puritate sua gaudet.

§ 134 Postremum praepositio ለ cum voce dependenti — ut supra in genitivo exposuimus — quod praecedere solet suffixum pronominale iterum recipiens obiecto directo (seu accusativo) exprimendo inservit, quod itidem modo tunc si obiectum determinatum habendum est admittitur; diciturque ቀተሎ ፡ ለንጉሥ interfecit regem, et praeposito ለ: ወለብዚ ፡ ረከበኒ

Chrest. 73, 13 et nos quoque invenit; de loco 4 Reg. 11, 2 ሰረቀቶ ፡ ወለሐፃኒቶ furata est eum et nutricem eius, et de aliis huius modi cfr. quae supra in § 133 attulimus exempla Chrest. 65, 4, Ex. 10, 1. Qua cum accusativi circumscriptione cognitae quaedam constructiones Aramaicae accuratissime concordant. Quoniam autem in Aethiopica lingua pronominalia suffixa verbi dativi quoque habere possunt potestatem (§ 85), etiam tale suffixum praepositione ለ iterum in dativi sensu recipi potest, e. c. ይሁብዎሙ ፡ ለነዳያን dabunt pauperibus, quod data condicione etiam verti licet dabunt pauperes (acc.); praepositoque ለ dicitur e. g. ወለእለሂ ፡ ጸለዩ ፡ ይከውኖሙ ፡ ዐቢየ ፡ ዐስበ Chrest. 64, 22 et iis quoque qui oraverunt magno praemio erit.

9. De numeralibus.

(§ 135—146.)

Cardinales numeri primi decem, in nominativo maxima parte cum suffixo *ū* indeclinabili cui semper accentus inest (§ 129 in fine) exstructi, in accusativo respondenti suffixo carent apparente ibi nuda accentuque vacua accusativi terminatione *ă*. In rarioribus tantum quas in § 137 recensebimus formis forma vocali *ū* terminata nominativi pro accusativo quoque est. **§ 135**

Verbum አሐዱ (*ăḥădū́*) unus, acc. አሐደ (*ăḥắdă*); fem. አሐቲ (*ăḥătī́*), acc. አሐተ (*ăḥắtă*); in forma feminina

literam *t*, quia ex radicali *d* ad femininam terminationem (§ 100) assimilata orta est, originaliter geminatam habere evidens est. De አሐቲ, አሐተ cfr. ይእቲ, ይእተ (§ 21).

ክልኤ duo (cfr. كِلَا, كِلْتَى, כִּלְאַיִם), quamquam id ipsum proprie status constructus antiqui dualis esse videtur, tamen nomen numeratum non subordinatum, sed coordinatum recipit, e. c. ክልኤ ፡ አዋልደ Gen. 29, 16 duas filias; praeterea ክልኤ absolute sine ullo substantivo addito in usu est, ut ዘክልኤ ፡ ልሳኑ cuius lingua duae sunt, bilinguis. Aliorum autem numeralium ad normam, ut videtur, et plane secundarie ክልኤ ad genus et casus exprimenda etiam terminationes sibi suffigere potest, quo fit ክልኤቱ (*kĕlĕʼētŭ*), acc. ክልኤተ (*kĕlĕʼētă*); fem. ክልኤቲ (*kĕlĕʼētī*), acc. ክልኤተ (*kĕlĕʼētă*).

§ 136 In cardinalibus octo reliquis formae terminatione feminina exstructae, quae ex antiquissima peculiaritate linguarum Semiticarum originaliter ad masculina modo numeranda sunt factae, iam maximopere dominantur in Aethiopico sermone*

3. ሠለስቱ (*šălăstŭ*), acc. ሠለስተ (*šălăstă*)
4. አርባዕቱ, acc. አርባዕተ etc.
5. ኀምስቱ,

* Cfr. Gesenii grammaticam Hebraicam [24] § 97, 1. not. (p. 257).

6. ስድስቱ,
7. ሰብዐቱ,
8. ሰማኒቱ, ሰማንቱ et ሰመንቱ,
9. ትስዐቱ et ተስዐቱ,
10. ዐሠርቱ.

De tribus formis numeri octo ሰማኒቱ (cfr. ثَمَانِيَة, ܬܡܳܢܝܳܐ) maxime sit primitiva; ሰመንቱ usitatissima est, dum in ሰማንቱ lex de vocalibus (§ 15) non observata est. ትስዐቱ praeter originale ተስዐቱ (تِسْعَة, תִּשְׁעָה) vocalis commutationem in § 56 et 93 memoratam passum esse verisimile sit.

Suffixum *ū* indeclinabile supradictum raro per plurale *ī* (§ 129) subiungitur et tunc determinans videtur (cfr. quae sequuntur); e. c. ሰብዐቲሁ : ሰማያት septem coeli (determ.), ትስዓቲሁ : ሕዝብ novem populos (determ.). — At si res numerata pronomen personale est, hoc varians prout oportet ad numerale accedit et id quidem ascito plurali *ī*; sic in his: ኅምስቲነ nos tres, ሠለስቲሆሙ illi tres; quin etiam sine dubitatione iam dicitur ሠለስቲሆን eae tres; numerale duo hic notans semper usurpatur nuda forma ክልኤ, ut ክልኤነ nos duo, ክልኤሆሙ ii duo. Sed iam etiam eae formae ceu cardinalia (determinata) adiectiva usurpari coeptae sunt, ut ሠለስቲሆሙ : ዕደው illi tres viri, ክልኤሆን : እደዊሁ duae manus eius, et in supramemoratis exemplis

ሰብዐቲሁ ፡ ሰማንያት, ተስዓቲሁ ፡ ሕዝብ suffixum ሁ ex § 120 pro exactiore ሆን, ሆሙ positum sit.

§ 137 Antiquarum autem masculinarum formarum pars, quae multo rariores sunt quibusque ad femininas originaliter res numerandas Aethiopes usos esse adhuc satis elucet, nihilominus suffixum inflexibile masculinum *ú* assumpsit et hic etiam pro accusativo est, cum formae suffixo *ú* vacuae regularem accusativum vocali *ă* desinentem faciant. ሰማኒ indeclinabile videtur esse.

3. ሠለስ.	*7.* ሰብዑ.
4. አርባዕ.	*8.* ሰማኒ (*sămānī*).
5. ኀምስ.	*9.* ተስዑ et ትስዑ.
6. ስሱ.	*10.* ዐሥሩ.

Quod formas attinet, primum observandum est in ስሱ radicalem *d* (cfr. ስድስቱ) ad tertiam radicalem ut in שֵׁשׁ, שִׁשָּׁה assimilatam esse; deinde notanda est radicalis secundae vocalium differentia in ዐሥሩ et ዐሠርቱ, quam pari modo in Hebraica et Arabica lingua reperimus (עֲשָׂרָה, عَشَرَة, sed עֶשֶׂר, عَشْر). En tibi exempla: ሠለስ ፡ አህጉረ ፡ ትፈልጥ ፡ ለከ tres urbes tibi seliges, አይድዐክሙ ፡ ዐሥሩ ፡ ቃለ nuntiavit vobis decem verba. Variantibus cum suffixis haec numeralia raro inveniri possunt, nota ሰብዑሆን (sic) Num. 8, 2; ዐሥርን (non ዐሥሩሆን).

§ 138 Secunda decas, aliter ac plerisque in linguis cognatis, simplici monadis per ወ ad praemissum dena-

rium additione formatur, et denarius in secunda decade eadem forma est atque in prima (id quod iterum a Hebraici et Arabici sermonis consuetudine discrepat):

11. ዐሥርቱ ፡ ወአሐዱ.	ዐሥሩ ፡ ወአሐቲ.
12. ዐሥርቱ ፡ ወክልኤቱ.	ዐሥሩ ፡ ወክልኤ.
13. ዐሥርቱ ፡ ወሠለስቱ.	ዐሥሩ ፡ ወሠለስ.
14. ዐሥርቱ ፡ ወአርባዕቱ.	ዐሥሩ ፡ ወአርባዕ etc.

Denarii exsistunt terminatione *á* semper cum accentu proferenda, quae si forte cum pluralis terminatione *án* cognatione quadam contineatur, tamen eius status constructus pro consuetudine linguae non putatur (cfr. § 135 ad ክልኤ). Nota ዕሥራ (non ዐሥራ) ut عِشْرُون, ስሳ ut supra ስሱ. § 139

20. ዕሥራ.	*60.* ስሳ.
30. ሠላሳ.	*70.* ሰብዓ.
40. አርብዓ.	*80.* ሰማንያ.
50. ኀምሳ.	*90.* ተስዓ et ትስዓ.

Centum denotat ምእት, et per ዐሥርቱ ፡ ምእት „decem centum“ redditur mille, per ዕሥራ ፡ ምእት „viginti centum“ exprimitur duo milia, reliqua. እልፍ (أَلْف) designat Aethiopica in lingua decem milia; plur. አእላፍ. § 140

Jam ex his quae exposuimus intellegere liceat loco prioris subordinationis, qua nomen numeratum numero cardinali sive in genitivo sive in accusativo subiungi soleat aliis in linguis, in Aethiopica coordi- § 141

nationem usu receptam esse, quod etiam de **ምእት** et **እልፍ** valet. Esse autem potest, opinor, ut quod cardinale adiectivum, cum alia adiectiva substantiva sequantur, praemitti solet substantivo suo, id passim reliquiae obsoletae illius constructionis sint; enim vero etiam **አሐዱ** quod initio adiectivum erat, ante substantivum poni soleat. — Res numeratae in plurali et in singulari esse possunt, ut **ምእት ፡ አባግዕ** centum oves, **ስድስቱ ፡ ምእት ፡ ብእሲ** sexcentos homines, **እልፈ ፡ ብእሲ** decem milia hominum (acc.), **ክነፊሁ ፡ ክልኤተ** Phys. 33, 8 duas alas eius **አምጽኡ ፡ ሊተ ፡ አሐተ ፡ እብነ ፡ ወአምጽኡ ፡ ሎቱ ፡ እብነ ፡ አሐተ** Chrest. 15, 9 afferte mihi lapidem unum attuleruntque ei lapidem unum.

§ 142 Tamquam in Arabica, sic in Aethiopica lingua alioquin iam satis obsoletum participium activum stirpis primae non auctae (§ 102) ad ordinalia formanda usurpatur, diciturque **ካልእ**, **ሣልስ**, fem. **ካልእት**, **ሣልስት** secundus sive tertius, proprie duo sive tres faciens; deinde **ራብዕ**, **ኃምስ**, **ሳድስ**, **ሳብዕ**, **ሳምን**, **ታስዕ**, **ዓሥር**. Primus est **ቀዳሚ**, fem. **ቀዳሚት** (مُقَدَّم). — Praeter **ካልእ** secundus fere eiusdem significationis sunt **ዳግም** et **ካዕብ**; ubi etiam, saltem in feminino, **ሳኒት** (= ثَانِيَة), sed in speciali notatione diei sequentis, noctis sequentis, conservatum videmus, quod plurimum et etiam hic, si quasi adiectivum ad **ዕለት** diem vel **ሌሊት** noctem additur, suffixo ad praecedentem

diem vel noctem respicienti instruitur, ut እም ፡ ሰኒታ ፡ ሌሊት sequenti nocte. Ceterum usu fit, ut determinata ordinalia substantiva suffixum accipiant, quod ad praecedentia membra seriei plerumque respicit; e. c. ካልእከ, ካልኡ ad literam qui te vel eum duo facit i. e. secundus, vide Gen. 4, 19, porro ቀዳማዊት ፡ ሃይማኖት ፡ ስማ ። ወካልእታ ፡ ጽንዕት ። ወሣልስታ ፡ ኃይል ። ወራብዕታ ፡ ትዕግሥት Herm. 91ª prima appellatur fides, et secunda firmitas, et tertia fortitudo, et quarta patientia.

In accusativo pro adverbiis numeralibus sunt: ካዕበ tum, iterum, ዳግመ (integre ምዕረ ፡ ዳግመ) secundo.

Ab illis primariis ordinalibus additione terminationum *ā*ዊ, fem. *ā*ዊት; *ā*ይ, fem. *ā*ይት; et praeterea fem. *ī*ት nova descendunt ordinalia ut § 143

1. ቀዳማዊ, fem. ″ዊት; ቀዳማይ, fem. ″ማይት;

3. ሣልሳዊ, fem. ″ዊት; ሣልሳይ, fem. ″ሳይት; fem. ሣልሲት.

Postremus est ደኃራዊ et ደኃራይ, sed etiam ደኃሪ, ደኃሪዊ et ደኃሪይ.

Adiuncto *ā*ዊ a denariis quoque ordinalia derivari possunt ut: ዐሥራዊ, ሠላሳዊ, አርብዓዊ etc.

Hae formae አሐዱ, ሰኑይ, ሠሉስ, ረቡዕ, ኀሙስ, ሰዱስ, § 144 ሰቡዕ, ሰሙን, ተሱዕ, ዐሡር (ዐሡር ፡ ወአሐዱ etc.) tam pro cardinalibus quam pro ordinalibus usitata fere solummodo diebus noctibusque numerandis inserviunt,

e. c. ረቡዕ ፡ ዕለት quatuor dies vel quartus dies (praeter ዕለት ፡ ራብዒት), ዐሡሩ ፡ ወስኑዩ ፡ ለወርኀ ፡ ኒሳን Chrest. 7, 14 quartus decimus (dies) mensis Nisan, ይሡዑ ፡ ሰቡዐ ፡ ዕለተ sacrificaverunt per semptem dies. ተሰዐት, ተሰዓት (§ 16, 1 in fine) denotat horam nonam; ceteroquin formae femininae usitari non videntur. እሑድ specialiter diem dominicam significat.

§ 145 A reliquis numerorum formis memoranda sint ሠልስ triplex, ርቡዕ, ኀምስ, ስድስ etc. ad ዐሥር decemplex; ሠላሳ ፡ ወርቡዕ e triginta quatuor compositus. Saepe (plurimum in accus.) ea pro adverbiis usurpantur: ወዝንቱ ፡ ይከውን ፡ ምዕረ ፡ ወካዕበ ፡ ወሠልሰ et hoc fiet semel et iterum et ter. Memorabilis autem eorum numeralium usus est in modorum designationibus, ut ኑኁ ፡ ስድስ ፡ በእመት longitudo eius sextuplex cubito est i. e. longus est sex cubitos (at etiam ዐሥርተ ፡ ወኀምስተ ፡ እመተ Gen. 7, 20 quindecim cubitos). Ut iam supra ordinalia activo participio formata intelleximus, ita etiam passivae inveniuntur formae ut ክዑብ, ሥሉስ duo vel tres factus i. e. duplex, triplex. ሥሉስ spcialiter dei trini significatio est. — Ceterae formae a radicibus numeralium deductae hic silentio praetermittantur.

Distributiva exprimuntur numeralibus asyndetice bis positis, ut ክልኤ ፡ ክልኤ bini, quomodo nominum quoque distributionem denotari reperitur, e. c. ወሕፃናት ፡ ዘዓመት ፡ ዘዓመት ፡ ይኔሱ Apc. Esr. 4, 23 et singuli infantes

unius anni loquentur. Saepe autem — idque praecipue in numeris magnis oportet — etiam in numeris vocularum ዘ, ሰ, ለ (§§ 132, 150) geminatio sufficit; sic usitatissimum est ለለ ፩ singuli (pro quo ለለ ፩፩ quoque dupliciter geminatum exstat).

ኵል omnis, omnes, totus non ut in Arabica et § 146
Hebraica lingua nomen regere potest, sed semper suffixis ornatum ut appositio nomini plurimum praemittitur, e. c. ኵሎሙ፡ ነገሥት omnes reges, ኵላ፡ ኢየሩሳሌም tota Hierosolyma. Suffixa autem cum nomine congruere hic quoque nequaquam necesse est (§ 101. 120); itaque dicitur: ኵሉ፡ ነቢያቲሁ፡ ለበዓል omnes prophetas Baalis, ኵሉ፡ ጽጌያት omnes flores, alia; ኵልነ, ኵልክሙ nos, vos omnes, rel.

ባሕቲት solus proprie abstractum est: solitudo et ob eam rem semper cum suffixis saepe adhuc tamquam abstractum coniungitur, ut በባሕቲቱ vel እንተ፡ ባሕቲቱ in solitudine eius = ille solus. Nec minus frequenter iam omissa praepositione dicitur ባሕቲቱ, ባሕቲትከ (acc. ባሕቲቶ, ባሕቲተከ) etc. solitudo eius, tua = ille, tu solus, ut ይነብር፡ ውእቱ፡ ባሕቲቱ solus ille sedet. Rariores sunt tales formae quale hoc: ናንሶ፡ ባሕቲትነ (pro ባሕቲተነ) soli ambulabimus, ባሕቲትከ (pro ባሕቲተከ)፡ አዘዝኮ tu solus ei imperasti, in quibus accusativus simplicissime ex § 79 explicatur.

VI. De praepositionibus.

(§ 147—154.)

§ 147 Antiqua praepositio proclitica በ in, ad, apud, cum, per ante suffixa consonantibus incipientia vocalem ĕ (ortam ex ĭ) ut in Arabica (بِهِ, بِكَ etc.), at sine suffixis ă (بَ) profert. Contra ለ pro, ad vocalem ă demonstrat et ante suffixa ut in Arabica lingua (لَهُ, لَكَ etc.) et sine suffixis (لِ). — De nonnullis peculiaribus usurpationibus praepositionum በ et ለ vide §§ 44, 133, 134.

In assumendis suffixis 3. pers. sing. praeter simplices ቦ, ባ aliae reperiuntur formae, quae affixo ቱ, fem. ቲ eodem modo auctae sunt, quo respondentia pronomina personalia absoluta (§ 21) et demonstrativum, scil. ቦቱ, ባቲ, et iam semper dicitur ሎቱ, ላቲ. Pari modo in plurali feminino a simplicibus ቦን, ሎን primum ritu pronominis እማንቱ formae ቦንቱ, ሎንቱ derivantur, secundum modo vocis ውእቶን mutatae formae ቦቶን, ሎቶን exsistunt; et praeterea ለ cum suffixo 1. pers. sing. mirum in modum ሊተ sonat, ubi vocalis literae ተ haud scio an vocali vocis አኒ effecta sit. Cum omnibus ergo suffixis eae praepositiones hoc fere modo exhibentur:

Singularis:

3. Pers. m.	ቦ (saepe procl. vel	ሎቱ	(lōtū)
3. Pers. f.	ባ, ባቲ [encl.), ቦቱ	ላቲ	(lātī)
2. Pers. m.	·ብከ (bĕkă)	ለከ	(lăkă)
2. Pers. f.	·ብኪ (bĕkī)	ለኪ	(lăkī)
1. Pers.	·ብየ (bĕjă).	ሊተ	(lītă).

Pluralis:

3. Pers. m.	ቦሙ	ሎሙ	(lōmū)
3. Pers. f.	ቦን, ቦንቱ, ቦቶን	ሎን, ሎንቱ (lōntū), ሎቶን	(lōtōn)
2. Pers. m.	·ብክሙ	ለክሙ	(lăkĕmmū)
2. Pers. f.	·ብክን	ለክን	(lăkĕn)
1. Pers.	·ብነ (bĕnă).	ለነ	(lănă).

Suffixis porro exstructum ብ ex significatu in eo, in ea etc. saepe protulit sensum habet (habuit) etc., ut non solum ex sensu subiectum grammaticum quasi obiectum assumat, e. c. እስመቦ ፡ ትስዐተ ፡ ምእት ፡ ሰረገላት nam habuit nongentos currus, sed etiam ea enuntiationis pars, quae proprie appositio suffixi est, plerumque iam prorsus absoluti subiecti locum teneat, e. c. ቦቱ ፡ አክዓብ ፡ ፸ደቂቀ 4 Reg. 10, 1 Ahab septuaginta liberos habuit; ወቦቱ ፡ ላባ ፡ ክልኤ ፡ አዋልደ (lect. var. ለላባ et አዋልዱ) Gen. 29, 16 et Laban duas filias habuit. §148

ቦ, ቦቱ praeterea saepissime est, exstat significat et tunc quoque proprium subiectum grammaticum ut obiectum sibi subiungit, diciturque ቦ ፡ ጠቢብ et ጠቢብ exstat sapiens quidam. Frequentissime exstat ቦ፡ዘ" (vel

ቦ፡ እንተ, ቦ፡ እለ), quod pro sensu voculae ዘ designare potest est qui...., vel est, ut....; cfr. §§ 33 in fine. Nota eas phrases ut እመቦ፡ኀበ፡ጐንደየ si alicubi moratur, ad literam si est ubi moretur, et alia eiusmodi.

§ 149 Proclitica negatione አል (אַל), ceterum non amplius usitata, praemissa praepositionis በ suffixis exstructae negantur significationes illae duae supra memoratae, e. c. አልብየ፡ ምት non habeo coniugem; አልቦ፡ ብእሲ፡ ዘናነግሥ non est vir, quem regem faciamus, አልቦ፡ ዘይክል፡ ዘንተ nemo est qui hoc valeat, vel non est ut hoc valeat.

§ 150 Bis posita በበ et praecipue ለለ paulo ampliore sensu quam simplices praepositiones ad distributionis rationem exprimendam usitantur, ut ዘተናገሩ፡ ባቲ፡ ለለ፡ ፩፩ (lect. var. ለለ፡ ፩) እምኔሆሙ፡ በአምጣነ፡ ክሂሎቱ Fal. ṭab. 34, 26 (liber), in quo locuti sunt, unus quisque eorum, quantum potuit, በበ፡ ትእምርታተ፡ ሆሄያቲሁ፡ ለለ፡ ሰዐቱ፡ ያአምር Chrest. 60, 3 prout literarum suorum signa sunt, singulas horas suas novit; porro በበ፡ ሕቀ paulatim (ad verbum singula pauca), በበ፡ መትልው sequens quisque i. e. ordine, alia; cfr. § 166.

§ 151 Prisca praepositio כְּ, كَ tantum ex compositione ከመ (= كما) ut, tamquam intellegi potest et in accessione suffixorum primarium longum exitum retinuit, ut ከማየ (כְּמוֹנִי) ut ego, ከማሆሙ ut illi. Nomini a

ከመ recto interdum anteponuntur relativum masculinum ዘ et mirum quam saepe femininum እንተ, e. c. ከመ ፡ እንተ ፡ ተኵላት Chrest. 66, 4 ut lupi, ከመ ፡ እንተ ፡ ማዕጾ Chrest. 15, 20 ut porta.

እምን ab, ex, de, prae, quam (comparative) Arabicum مِنْ eo superat, quod terminationem *ă*, quae in respondenti Arabico مِنَ (מִן) his modo occasionibus ut مِنَ الرَّجُلِ offerri videtur, semper habet. እ mere prostheticum est. Ante suffixa (rarissime sine suffixis) forma fit እምኔ, ut እምኔየ a me, እምኔከ, እምኔሁ rel. Hoc *ē*, quod etiam multis aliis praepositionibus affixum cernimus (et id quidem raro sine sequenti suffixo), unde venerit adhuc nondum constat, sed fortasse comparatis similibus formis Hebraicis ut תַּחְתֵּיהֶם sub iis a תַּחַת eruatur. — Si omni accentu caret, in እም contractum verbis (at numquam suffixis) proclitice praefigitur, quo exoritur e. c. እምዘቲ praeter እምን ፡ ዝቲ ab hac. (In inscriptionibus, at non manuscriptis, litera *m* vocis እም sequenti *b* assimilatur.)

Hoc *ē*, de quo iam diximus, insuper in his prae- § 152
positionibus ante suffixa occurrit: ኀበ apud, ad; ከመ quo tempore, cum; ዲበ super; ምስለ *cum* (= مِثْلَ, non tamquam); እንበለ sine, praeter*; ላዕለ super,

* እንበለ insuper pro coniunctione est ut አልቦ ፡ ዘአትረፉ ፡ ሊተ ፡ እንበለ ፡ ሐናሃ neminem reliquerunt mihi praeter Hannam.

contra; መልዕልተ super; ታሕተ, መትሕተ sub; ቅድመ ante; ድኅረ pone, post; መንገለ versus, ad, in; ማእከለ in medio, inter; ህየንተ et ህየተ loco, vice, pro; ut ኀቤሁ apud eum, ቅድሜከ ante te, ማእከሌክሙ in medio vestro. Partim praepositiones enumeratae aperte substantiva in (accusativi) statu constructo sunt, ut suffixa quoque plane quasi nominibus adiungantur; quod fit imprimis in መልዕልተ, መትሕተ, ማእከለ, e. g. ማእከሎሙ et ማእከሌሆሙ in medio eorum.

Magnus praeterea potest referri numerus aliarum praepositionum nominalium et in accusativi statu constructo positarum, in quibus tamen nulla peculiaris formarum proprietas urgenda sit; e. c. መጠነ (raro መጠኒ) circiter, fere; et eius pluralis: አምጣነ secundum, pro; ዐውደ circum, circa; ማዕዶተ trans, ultra; አንጻረ (pluralis) ex adverso, e regione et alia; etiam ወእደ et ውእደ (§ 16, 1 not.) ad latus, iuxta referenda sunt, quorum autem originem certo compertam non habemus. Itaque cum suffixis sonant e. c. ዐውዱ, ዐውዲክሙ circa eum, circa vos, አንጻሪሆሙ e regione eorum. Attamen ዐውድ non raro penitus ut substantivum construitur neque in accusativo praepositionis ponitur, e. c. ዙሎሙ ፡ እለ ፡ ዐውዱ 3. Reg. 4, 24 omnes qui circum eum, ad verbum omnes qui eius circuitus.

§ 153 በእንተ propter, causa, quod attinet probabiliter

ex በ et relativo feminino conflatum ante suffixa mutatur in በእንቲአ (cfr. § 25), unde dicitur: በእንቲአነ nostra causa, በእንተሰ ፡ ዘትቤ Chrest. 6, 16 sed quod attinet id quod dixisti (ubi praepositio a voce dependenti vocula enclitica dirimitur).

Longe autem ex alia origine እንተ, praepositionem satis universalis notationis localis, quae saepe verti potest praepositione per sensu locali, manasse verisimile est. En exempla: ይትሜሰሉ ፡ ማኅበራዊያነ ፡ እንተ ፡ አፍኣሆሙ ፡ ወእንተ ፡ ውስጦሙሰ ፡ ከመ ፡ ቈናጽል Chrest. 66, 10 similes sunt monachis extrinsecus, at intrinsecus sunt ut vulpes, ኀለፉ ፡ እንተ ፡ የብስ ፡ በማእከለ ፡ ባሕር incesserunt per siccum medio in mari, እንተ ፡ መስኮት ፡ ትሔውጽ ea prospexit per fenestram, cfr. § 146 in fine. Suffixis instructum hoc እንተ non reperitur.

Pariter እስከ usque ad cum suffixis non coniungitur.

ውስተ in, inter pro ውስጠ (= وسط) est, quod in adverbii notatione intus cum substantivo ውስጥ interiora adhuc restat. ተ non emphaticum pro emphatico ጠ per ስ non emphaticum illatum videtur (cfr. ܩܘܫܛܐ et קוּשְׁטָא, قسط). Suffixa non ad ውስተ, sed formae ውስቴት, quod proprie sit abstractum internitas, ad nominativum, ut videtur, accedunt; e. c. ውስቴቱ, ውስቴትክሙ in eo, in vobis.

በይነ valet propter, raro inter (بَيْنَ), ut ኢይክል ፡

ነዓዊ ፡ ለከይዶቱ ፡ በይነ ፡ ጽንዑ Phys. 19, 20 non potest venator id assequi propter robur eius.

§ 154 Nec desunt compositae praepositiones, cum imprimis በ, ለ, እም, እንተ, እስከ facile aliis praepositionibus praefigantur, aeque ac non paucae ex supradictis praepositionibus cum praemissis aliis omnino frequentius quam sine iis inveniantur. Sic በይነ postremo memoratum numquam fere nisi cum praeposito እም vel በ occurrit: እምበይነ vel እንበይነ et በበይነ, quod propter, በበይነ, quod aliquando adhuc inter designat. Pluralis forma, quae semper praepositum በ habet, በይናት constanter significatione inter conservata ante suffixa tantum usitatur, ut በበይናቲሆሙ (cfr. בֵּינוֹתָם) inter eos, et saepe mutuam relationem exprimit: inter se, praecipue post verba separandi ut ፈለጥኮሙ ፡ በበይናቲሆሙ Apc. Esr. 4, 58 separasti eos inter se. Alia exempla sunt haec: እምኀቤከ a te, proprie ab apud te, እንተ ፡ ውስተ ፡ ልቡ per cor eius, እንተ ፡ ዐውዱ circum eum, እስከ ፡ ለሞት usque ad mortem, በከመ ፡ ምግባሩ secundum opus eius.

† Nota. Voculae encliticae ነ, ኒ, ሂ certis quibusdam compositionibus conservatae, licet speciem postpositionum habeant, re vera reliquias eorundem ordinum duorum terminationum flexionis nominalis esse verisimile est, quarum dispersa vestigia in ኔ (§ 156), ኒ (§ 162), ሁ (§ 156), ሂ (§ 162), ሃ (§ 122) cernuntur. Exstant in እስከነ et እስከኒ idem atque እስከ, እሐቲኒ in unum, una, ዘልሂ, ዘበሂ ubique.

VII. De adverbiis. (§ 155—161.)

Negatio usitata **ኢ** semper proclitica est; quae § 155
quamquam longe plurimum enuntiationis negandae, etiamsi ea quid vetatur (cfr. § 72 a. in.), praefigitur verbo, nihilominus membra quoque quaedam enuntiationis iterum specialiter negationem accipere possunt sive acutum **ወኢ** etiam non, ne — quîdem (cfr. § 37) sive tono carens **ኢ** non, **ወኢ** neque (neque — neque). Quod autem negationes sic accumulantur, id plurimum (sed non necessario) tum accidit, si sententia negata aliquod continetur subiectum, quod ex compluribus constat per **ወ** cohaerentibus partibus, ut **ወኢንጉሥ ፡ ወኢኀይለ ፡ ዚአሁ ፡ ኢይክል ፡ በዊእ** et venire possunt nec rex neque exercitus eius, **ኢይትገሐሥ ፡ እምሥርዐት ፡ ሕግ ፡ ኢለየማን ፡ ወኢለፀጋም** ne decedat de ordine legis neque ad dextram neque ad sinistram. Rarius hoc **ኢ** in sententiis affirmativis vel quae verbis carent singula membra vel tota enuntiatio negantur, ut **ይኩን ፡ መንፈሳዌ ፡ ዘኢሥሡዕ ፡ ወኢመዓትም** Did. 17, 11 sit spiritualis, is qui non edax neque iracundus sit. Aliquando hac arcta cohaesione cum singulis membris enuntiationis etiam composita negativa fiunt, ut **ኢአሚን** incredulitas. — Praeterea respicias § 53 et 71.

Singulis sententiae membris negandis potius in

enuntiationibus affirmativis **አኮ** (*ăkkō*) inservit, quod, opinor, ex **አልኮነ** ortum de origine notionem traxit verbi auxiliaris esse. Exstat interdum etiam **ኢኮነ**. Itaque dicitur: **ንንድቅ ፡ ዘንተ ፡ ምሥዋዐ ፡ አኮ ፡ በበይነ ፡ ቍርባን ፡ ወአኮ ፡ በበይነ ፡ መሥዋዕት** aedificemus hoc altare non propter sacrificium nec propter oblationem et hac occasione **አኮ** variatur negatione **ኢ**, ut Chrest. 131, 100; saepe coniunctione **ዘ** quod interposita (§ 33 in fine) connexus sententiae interciditur, sic in his **አኮ ፡ በእንተ ፡ ኅብስት ፡ ዘእቤለክሙ** non propter panem ad vos locutus sum, **ኢኮነ ፡ በጽንዕክሙ ፡ ዘክሀልክምዋ** Chrest. 4, 24 non fortitudine vestra superastis eam. —

De **አልቦ** cfr. § 149. — Denique observandum est velut in multis aliis linguis sic in Aethiopica post verba non cupiendi negationem usurpari licitum esse, e. c. **ኢትኅድግ ፡ መንፈስ ፡ እኩይ ፡ ኢይባእ ፡ ውስቴቶሙ** Taufb. 13, 6 ne permiseris, ut malus spiritus intret in eos, contra 14, 7 modo **ይባእ** positum est.

§ 156 Generalia interrogandi adverbia voculae semper encliticae **ሁ** et frequentius **ኑ** sunt, velut **ይመስለክኑ** videturne tibi?, **ይቀሥሙሁ ፡ እምአሥዋክ ፡ አስካለ** num carpuntur uvae de spinis?, et idcirco negativam interrogationem exprimunt **ኢ—ኑ** (**ሁ**). At saepius sensum interrogandi denotant voculae **ቦኑ**, **ቦሁ** estne? (§ 148), negative **አኮኑ**, **አኮሁ** num est (§ 155), quibus praemissis enuntiatio de qua quaeritur affirmative sequi-

tur aut directe aut coniunctione ዘ quod comprehensâ; e. c. Gen. 4, 9, tum ቦኑ ፡ ዘየአምር ፡ በአርያም Ps. 72, 11 cognoscitne in coelo? (quod etiam verti licet estne quis, qui cognoscat in coelo?) ቦሁ ፡ ዘጸዐልኩኪ ፡ አኮሁ ፡ ዘልፈ ፡ ከመ ፡ እግዚእትየ ፡ አረስየኪ Herm. 2ª, 3 num maledixi tibi, nonne semper te instar dominae meae habeo?

Specialia interrogandi adverbia sunt አይቴ, ubi?, quo?, ማእዜ quando?, እፎ quemadmodum?, quae annexis ኒ, ሂ indefinita tamquam pronomina interrogativa (§ 37) fiunt, velut አልቦ ፡ ዘየሐውር ፡ ወኢአይቴኒ nemo aliquo abibit. — Sententiae interrogativae, quibus iam speciale interrogativum vel adverbium vel pronomen continetur, tamen frequenter insuper universale ኑ accipiunt, uti ምንትኑ ፡ ውእቱ ፡ ትሕትና ፡ ልብ ፡ ወእፎኑ ፡ ንትሜከፎ quid est humilitas cordis et quomodo adipiscimur eam?

Quomodo interrogationes disiunctivae et indirectae designentur, docebunt § 162 et 163.

Adiecto enclitico መ singulis vis pondusque additur verbis, ut in his ማእዜኑመ ፡ እገብር ፡ ቤተ *quando* domum faciam?, ወሣልስመ ፡ ፈጠረ ፡ ንስቲተ ፡ ማየ ፡ ወራብዕመ (pro accuratiore ራብዐመ) : ፈጠረ ፡ ንስቲተ ፡ መሬት Zot. cat. 247ª et *tertio* creavit aliquid aquae, et *quarto* creavit aliquid pulveris. Maiora verborum pondera praestat vox separata, ea insequens, ከመ (cuius ultima § 157

syllaba probabiliter illud መ est) e. c. ከማሁ፡ ከመ፡ ይቤሉ dixerunt *idem*. እለ፡ ከመ, እንተ፡ ከመ etc. fere idem valent ac ለ, ለየ, ለሊከ etc. (§ 23).

Aliud antiquius affixo መ effectum adverbium compositum ጌሠመ sive brevius ጌሠም cras (cuius forma penitus convenit cum Hebraico יוֹמָם) iam nomen unum et simplex habetur atque usitatur, ut e. c. dicatur ለጌሠም in crastinum diem, nec non et suffixa adhibeantur (§ 158) velut in በጌሠሙ. ትማልም heri ex ትማል (= תְּמוֹל) annexoque መ concrevit.

§ 158 Cetera usitatissima adverbia haec fere referenda sunt: ሆየ (በሆየ) et ዝየ hic, ከሐ et ከሐከ illic, ultra, ይእዜ nunc, እንዳዒ et ዮጊ fortasse, ዓዲ adhuc. Postremum (ut congruens עוֹד) accipere potest suffixa, quae pro subiecto mutantur, velut ዓዲነ፡ ሕያዋን፡ ንሕነ adhuc vivi sumus. Permulta autem efficiuntur adverbia stabili suffixo 3. pers. sing. masc. vel fem. cum nominibus (quae saepe praepositionis vice funguntur) composito, e. g. ላዕሉ supra (ubi memorabile est neque, ut ex § 152 exspectaveris, formam ላዕሌሁ electam esse neque accusativo respecto dici ላዕሎ), ታሕቱ infra, ቀዲሙ antehac, prius, ለዝሉፉ in perpetuum, semper, ዳእሙ tamen; አሜሃ, rarius አሜሁ et ሶቤሃ tum, tunc (nota ሶበ esse coniunctionem, cfr. § 163), ገሙራ et ለግሙራ prorsus, omnino, in perpetuum.

§ 159 Singularissimum autem est ኦ singulis verbis ora-

tionis directae ad literam narratae subiungi, ut in his: ከመዝ፡ በልዎሙ፡ ለሰብእ፡ ኢያቢስ፡ ጌሠመእ፡ ትከውንእ፡ መድኀኒትክሙእ፡ ሶበ፡ ሞቀእ፡ ፀሓይእ (*gēšắmă-ắ tĕkắwĕn-ắ mădḫănītĕkĕ́mmū-ắ sṓbă mṓqă-ắ ḍăḥắj-ắ*) in hunc modum dicite ad homines Jabisae: „Cras fiet servatio vestra, cum sol incalescet.“ Sed non desunt Aethiopes, qui, cum legunt, hoc እ omnino omittant.

Deinde adiectiva nec non substantiva in accusativo posita possunt exprimere adverbia modi, ut dicas: ጸመወ፡ ብዙኀ valde fatigatus erat, ተከዘ፡ ፈድፋደ valde tristis erat, ቈረ፡ ዋዐዩ፡ ንስቲተ aestus eius defervuit aliquid, ሠናየ፡ ይቤ pulchre dixit, ገሃደ፡ ተነበይኩ publice vaticinatus sum, የርሕቕ፡ ሕቀ aliquantulum amoveat, alia huius modi; ceterum nonnulla de talibus nominibus omnino non nisi in accusativo adverbiali reperiuntur, ut ጥቀ valde, etiam, cum alia iam in nominativo adverbialiter usurpentur (cfr. ላዕሉ et similia, § 158), ut dicas ኣማን re vera, sane, profecto saepius quam ኣማኒ. § 160

Itidem nominibus sensu universe et locali et temporali, si in accusativo ponuntur, adverbiorum vis tribuitur; sic res se habet in his: ወትረ perpetuo, ሌሊተ noctu, ቀዲሙ primo loco, antea, ማእከለ in medio, ላዕለ supra, al., cfr. § 123, 2 et 3. Et hic quoque nonnulli nominativi exstant, ut ሎሚ hodie, ትኻት pridem, olim frequentius quam accusativus § 161

ትካት, ቀዳሚ primum. — De adverbiis numeralibus vide quae in § 142 et 145 exposuimus.

VIII. De coniunctionibus.

(§ 162—167.)

§ 162 ወ et procliticum, partim ut فَ apodosin indicat, qua re interdum verborum fieri potest obscuritas (cfr. Apc. Esr. 1, 1), partim coniunctioni و similis enuntiationes statum describentes notat idemque valet quod Latinum cum, dum, verbi causa ወቦአ : ኀቤሁ : ወይነብር : ውእቱ : ባሕቲቱ et intravit ad eum, dum solus sedit. — Notandum est asyndetice adverbia priore verbo ex duobus exprimi, ut in his ደገመት : ወለደት Gen. 4, 2 iteravit, peperit = iterum peperit, ወድአ : ቀተለ perfecit, occidit = iam occidit (cfr. § 76, sect. 2.).

አው valet vel, aut et secundum interrogationis disiunctivae quoque indicare potest membrum, cum huic soli rei ወሚመ an (ex ወ+ሚ § 35 + መ § 157 compositum) inserviat, e. c. ንጉሥኑ : ትነግሥ : ላዕሌነ : ወሚመ : እግዚእኑ : ትከውነነ utrum imperitabis nobis, an dominus nobis fies?

De encliticis ሂ et ኒ, quae quoque, etiam notant, hoc saepe ad significationem adversativam accedit. Frequenter verbis, quibus illa enclitice postposita sunt,

insuper procliticum ወ praefigitur, ut የሱስኒ et ወየሱስኒ Jesus quoque.

Potestatem leviorem quidem, autem ሰ encliticum habet (quod item saepe una cum proclitico ወ exstat); graviora sunt አላ sed, ባሕቱ (ወባሕቱ), ዳእሙ. Aliquando አላ nisi, praeter significat tamquam ሀ; e. g. ለእመ ፡ ተረክበ ፡ ፩እምካህናት ፡ ዘይበልዕ ፡ በውስተ ፡ ምሥያጣት ፡ ወይሰቲ ፡ ይትፈለጥ ። አላ ፡ ለእመ ፡ ኮነ ፡ በማኅደረ ፡ ነግድ Can. Ap. 20, 14 si quis sacerdotum invenitur, qui edat et bibat in taberna, excludatur, praeterquam si est in deversorio viatorum.

Consecutiva est notatio coniunctionis encliticae ኬ ergo, igitur, itaque, nec minus እንከ, raro እንጋ. Veluti ወእመሰ ፡ በእንቲአነ ፡ ፈጠርካሁ ፡ ለዓለም ፡ ለምንትኬ ፡ ኢንወርሶ ፡ ዓለመ ፡ ወእስከ ፡ ማእዜኑ ፡ እንከ ፡ ዝንቱ Apc. Esr. 4, 66 et si nostra causa mundum creasti, cur ergo mundum non occupamus et quousque igitur (erit) hoc? — ኬ saepe una cum vocula ሰ, quam semper sequitur, nominibus subiungitur, ut እመ si (condit.), እመኬ et እመሰኬ si ergo, quodsi.

እስመ valet nam, quia et indicat interdum sen-
tentias post verba dicendi, nec non praemittitur direc- §163
tae quoque orationi.

እንዘ dum, cum enuntiationes temporis et status quae eiusdem sunt temporis atque enuntiatio principalis indicat et verbum semper in imperfecto ind. positum

habet, excepto ሀለወ, quod conservat perfectum (cfr. § 72 in fine). Sic in his: እንዘ ፡ ሀሎኩ ፡ ውስተ ፡ ዓለም ፡ ሰማዕኩ ፡ ዜናሁ ፡ ለቅዱስ dum in mundo sum, audivi famam sancti.

Observandum est post verba incipiendi እንዘ (praeter subiunctivum ex § 72) usurpari, ut ወጠኑ ፡ እንዘ ፡ ይወልዱ coeperunt gignere, አኀዙ ፡ እንዘ ፡ ይነዝሩ coeperunt mordere.

ሶበ (§ 158) cum perfecto postquam, cum imperfecto ind. quando, quoties significat; e. c. ሶበ ፡ አዐረገከ ፡ መዓርገ ፡ ወአርአይኩከ ፡ ራእየ ፡ አሜሃ ፡ ትሌቡ postquam fecero, ut gradus ascendas, et tibi visionem monstravero, tum intelleges, ሶበ ፡ ትሰምዕ ፡ እንዘ ፡ ይጼውዑከ ፡ ፍጡነ ፡ ተንሥእ quando audis, quod (dum) te vocant, celeriter consurge.

ሶበ deinde etiam hypotheticas indicat sententias (irreales), et verbum tunc in perfecto, raro in imperfecto poni solet. Verbo apodoseos fere semper in perfecto posito እመ praefigitur vel saepius procliticum እም (cfr. § 165), quod, si cum negatione proclitica ኢ concurrat, ei praemittitur. Haec est ratio in his: እምኄሰነ ፡ ሶበ ፡ ኢተፈጥረ ፡ ለነ ፡ ልብ Apc. Esr. 6, 39 melius fuisset nobis, si cor nobis non creatum esset, ሶበ ፡ አኮ ፡ አንተ ፡ ዘአበስከ ፡ እመ ፡ ኢኮነት (lect. var. እምኢኮነት) ፡ ላዕሌነ ፡ ዛቲ ፡ እኪት Apc. Esra 7, 20 nisi esset, ut peccavisses, hoc malum super nos non esset, ወሶበ ፡ ያጌጉአከሙ ፡ ልዑል ፡ እምተአዘዝከሙ ፡ ሎቱ Fal. ṭab. 50,

21 sin autem vos festinare altissimus iuberet, ei obediretis. Ut in multis aliis linguis (cfr. لَوْ, לוּ), sic etiam in Aethiopica prothesis sola hypothetica (congruenti apodosi omissa) saepe potestatem enuntiationis optativae accipit, ut ሶበ፡ሞትኩ utinam mortuus essem.

Plane autem diversum probabiliterque ne etymologice quidem conveniens cum hoc እመ, እም apodoseos hypotheticae est illud እመ (cfr. אִם, إِنْ, fortasse إِمَّا), quo sententiae conditionales potentiales indicari solent, quod tamen in irrealibus quoque raro reperitur. Itaque in hypothesi irreali de እም quoad temporum electionem et apodoseos indicationem eaedem valent regulae quae de ሶበ; altero casu nec certi cuiusdam temporis magnopere excellit usus neque insigni indicatur nota apodosis. En exempla: እመ፡ አበይከ፡ ፈንዎተ፡ ሕዝብየ፡ ናሁ፡ አነ፡ አመጽእ፡ አንበጣ፡ ብዙኀ Ex. 10, 4 si recusaveris populum meum dimittere, ecce, inducam multas locustas, እመ፡ ዐቀቡ፡ እምኢተኰነኑ Apc. Esra 5, 21 si (id) observarent, non condemnarentur. Pro እመ frequenter dicitur ለእመ, ubi ለ convenire cum لَ corroborativo verisimile sit. — ወእመ፡ አኮ (እማእኮ, § 16, 3 in fine) et si non est saepe prorsus aut (= አው) significat, ut እመቦ፡ ዘተናገረ፡ ወእመ፡ አኮ፡ ሠሐቀ፡ ይትገሠጽ si quis loquitur aut ridet, puniatur. Concessivum est እመኒ, ወእመ etiamsi, et si.

Similiter eodem እመ, ለእመ interogationes indirec-

tae indicantur et quidem (per ወእመ, ወለእመ) secundum quoque membrum interrogationis disiunctivae, verbi causa ከመ፡ ይርአይ፡ እመ፡ ይሤርሖ፡ እግዚአብሔር፡ ፍኖቶ፡ ወለእመኒ፡ አልቦ ut videat, utrum deus sibi foveat itineri suo an non, እመ፡ የዐቅቡ፡ ፍኖተ፡ እግዚአብሔር፡ ወእመ፡ የሐውሩ፡ ባቲ፡ ወእመ፡ አልቦ utrum viam dei observent et utrum in ea incedant, nec ne. Universalia interrogativa ሁ, ኑ etiam in interrogationibus indirectis locum habere possunt.

§ 164 Praepositionibus porro haud paucae vel enuntiationem directe regere possunt, coniunctionum vice functae. Haec sunt አመ quando, cum (data conditione እምአመ, ለአመ, እስከ፡ አመ), ut አመ፡ ሞትኩ፡ ቅብሩኒ፡ ውስተ፡ ዝንቱ፡ መቃብር cum mortuus ero, sepelite me in hoc sepulcro; porro ቅድመ et እምቅድመ antequam, እንበለ priusquam, sine, cfr. § 72; እስከ usque ad cum perf. et imperf. ind., ድኅረ et እምድኅረ postquam, ut እምድኅረ፡ ዝንተ፡ ተናገረ፡ ወፅአ postquam haec locutus est, exiit. Deinde አምጣነ፡ ይረሥእ፡ ዓለም፡ ከማሁ፡ ትበዝኃ፡ እኪቶሙ Apc. Esra 14, 16 quo modo mundus senescit, eo malitia eius augetur, ውእቱ፡ ለሊሁ፡ ይነብር Chrest. 59, 10 ubi ipse manet, ህየንተ፡ ክብረት፡ ነፍስየ 1 Reg. 26, 21 pro eo quod anima mea honorata fuit, alia. ኀበ ubi (በኀበ, እም ኀበ, እንተ፡ ኀበ), velut አርአዮሙ፡ እንተ፡ ኀበ፡ ይበውእዎ፡ ለሀገር ostendit iis ubi (per quod) urbem intrarent;

crebro ratio localis, ad quam ኀበ respicit, iterum congruo pronomine suff. sequenti explicatur, ut መካን ፡ ኀበ ፡ ትቀውም ፡ ውስቴቱ Apc. Esr. 4, 19 locus, ubi stas, et crebrius adverbio loci ህየ, e. c. መካን ፡ ኀበ ፡ ኖመ ፡ ህየ locus, ubi dormivit.

Praecipue autem inquirendum est in usum prae- § 165
positionis እምነ, እም, quae post voces sensus comparativi quam ut vel quam cum acc. c. inf. significans sequenti cum subiunctivo* ponitur; e. g. ይኄይስ ፡ ሕማምም ... እምነ ፡ ይኅልፉ ፡ እምውስተ ፡ ዓለም Apc. Esr. 13, 26 melius est pati quam eos e mundo cedere, ይኄይስከ ፡ ነኳርከ ፡ ትባእ ፡ ውስተ ፡ ሕይወት ፡ እምእንዘ ፡ ክልኤ ፡ ዐይነ ፡ ብከ ፡ ትትወደይ ፡ ውስተ ፡ ገሃነም Mt. 18, 9 melius tibi est te luscum in vitam ingredi, quam in infernum proici duos oculos habentem; proxime accedit praepositionis usus in hoc exemplo: ትዔምፀ ፡ እምትንብብ ፡ ጽድቀ Ps. 51, 3 pro eo quod iustitiam loqui debes, iniuste agis. — Si vero enuntiatione ab እምነ, እም dependenti adeo non dissuasio vel hortatio subiunctivum exigens contineatur, ut obiective aliquod non esse dicatur, perfectum vel imperfectum indicativi insequitur, qua occasione እም saepe praefixo H cum enuntiatione principali (§ 33) coniungi solet. Hinc dicitur ሊተ ፡ ሖ

* Mt. 19, 24 እምባዕል ፡ በዊአ ፡ መንግሥተ ፡ እግዚአብሔር qiuam ut dives in regnum dei veniat, ubi እም cum infinitvo est; contra Zotenberg cat. 36 እምባዕል ፡ ይባእ.

ቀ ፡ ክመ ፡ ዘእምተንተና ፡ እገርየ ፤ ወሕቀ ፡ ክመ ፡ ዘእምድኅፀ ፡ ሰኰናየ Ps. 72, 2 paene titubaverunt pedes mei et paene lapsus est pes meus, ad literam non multum (afuit) ab ea re, quin . . ., porro ተዐቢ ፡ ኀጢአትየ ፡ ዘእምተኀድገት (lect. var. ዘእምትትኀደግ) ፡ ሊተ Gen. 4, 13 num peccatum meum maius est quam ut mihi remissum sit?, እለ ፡ ያስተርክቡ ፡ ውእተ ፡ ሥሕጸተ ፡ እምያስተርክቡ ፡ ውስተ ፡ ቅዱሳት ፡ መጻሕፍት Chrest. 87, 3 ii qui huic levitati fovent loco in sacros libros incumbendi, ዘእምአፍቀሩኒ ፡ አስተዋደዩኒ Ps. 108, 3 pro eo quod me amant, me arguerunt. —

Ultimam enuntiationem vertas quoque ii qui me amare debebant, arguerunt me; nam hic usum coniunctionis እምነ, እም quam ut, pro eo quod concurrere constat cum usu absoluti እመ (quod peculiaris videtur contractio ex እምነ esse), እም irrealitatis, quod iam in § 163 in apodosi hypotheticarum enuntiationum vidimus, quod vero praeterquam in iis alias exstat. እምገብርኩ proprie significare videtur (averti me) a faciendo, vel pro eo quod facio, unde notationon tam negationis, quam irrealitatis prodiit: debebam facere, oportebat me facere, facerem; e. g. ምንተኑ ፡ ሠናየ ፡ እምገብርኩ ፡ ሕይወተ ፡ ዘለዓለም ፡ በዘእወርስ Mat. 19, 16 (Zotenb. cat. 30) quod bonum facere debebam, quo vitam aeternam mihi comparem?, lect. var. ምንተኑ ፡ ኄር ፡ ዘእምገብርኩ quid est bonum, quod facere debebam?

